Sed an ad predicta statuta leges vel condendas Epus egeat consensu capituli aut Cleri, solet dubitari, & quamuis n nulli DD. id affirment arg. c. cap. nouit. cap. quanto. §. de his, quae fiunt a prelatis. cap. Epus 24 dist. Barb. vota in cap. siquis de maioritate & obed. Contrarium tamen verissimum iudico cum gta. bone intellecta in d. cap. siquis Felino in cap. eg omnes n. 11 de constitut. Archidiacono per text. ibi in cap. 1. de consecrat. dist. 3. & alijs plerisq. nam Epus n habet hanc potest. a capitulo, nec a clero, sed a Pont. qui nullo iure, nullaq. lege ita illam limitauit epis, atq. ideo consensus capituli, aut Cleri necessarius n est, imo nec consilium, nisi q. epus disponere voluerit circa alienat. bonorum eccl., & circa res, quae pertinent ad capitulum & clerum iure proprio, priuilegio, aut consuetudine, Quibus in casibus accipiendi sunt Barb. in d. cap. nouit. de cap. quanto, cum Suar. d. lib. 4 de leg. cap. 5. n. 2 & Barb. in cap. Epus 24. dist. procuius intelligentia obiter aduertere iuuat in eius originali, q. est in concilio Carthag. 4. sub Anast. anno Xpi 398. cap. 22. in hunc modum: Epus sine consilio &c. Sed hoc quidem consilium n debet necessario per Epum sequi, sed peti dumtaxat. arg. cap. et olim de arb. docent Ostiensis in d. cap. quanto. n. 1. Abbas n. 4. & 5. de his quae fiunt a prelatis. Salas d. sect. 7. Mandosius de inhibitionibus q. 192. n. 2. Aguilis de Grassi decis. 57. Rota. Sub. ut diuisio. 2. Sub. tit. de off. ordinarij: Sanchez in opere morali lib. 5. cap. 4 =

31

De alijs legislatoribus ecclesiasticis.

Tamen ex ijs, quae proxime resoluimus, circa personas ecclesiasticas, sacra canonica condere posse leges apparet colligitur quid dicendum sit de cardinalibus, & de hoc ut Pontificiis, de Patriarchis, archiepis & alijs prelatis religionum, rectoribus Congregationum & Vniversitatibus

tibus

libris scholarum, de quibus sigillatim pertractat Salas d. lib. 4. cap. 5. & 6. Salas d. disp. 8.
sect. 6. usque ad 22. Bonac. de vectigalibus d. q. 1. p. 9. Laiman in summa d. tract. de leg. cap. 3.
per plures §§. & alii recentiores laudati, qui ab hoc munere ... liceret
istam omnino potestatem insignem nostram Universitatis Salmanticensis proinde dict. sibi compe-
tenti posse non solum statuta, quae vim legis ecclesiasticae obtinent condere, argumento text. in cap.
exitoris, de constitut. & eorum, quae DD. ibi de scripsere. Salas d. disp. 2. sect. 17. et
potest communitas viae, & absolute ecclesiastico, ut docte & elleganter probat, & pro in-
dubitato docet Brito in cap. 1. de locato 2 p. n. 12. Deinde potest authoritate Apostolica
constitutiones & statuta semel facta, etiam a Romano Pontifice ordinata, & approbata mutare, co-
rrigere, cassare & alterare, & alia de novo condere ex privilegio sibi indulto
a Paulo 3. Pont. Romano.

Ultro loci in desfinitione nostra extat legem promulgatam, ad de- 32
notandum de ratione legis esse ut promulgetur. docet D. Th. 1. 2ae. q. 9. art. 4. & cum eo omnes De promulgat. legis.
expositores, & probatur, nam cum lex sit communis regula vivendi, atque index demo-
strans quid faciendum, & fugiendum sit manifestari, & publicari debet, ut secun-
dum illam possint omnes instituere suas actiones. Deinde probatur authoritate Iustiniani
in authent. ut facte novae constitut. §. 1. collat. 5. ubi legis extremum valere censentur
ex quo in communi facte sunt manifeste, ut scilicet praescripto earum manifestius
cognito, homines inhibita declinent, & permissa sectentur. l. leges. 9. C. de legib.
Unde merito Gratianus noster scribit post cap. in istis dist. 4. leges tunc instituuntur, cum pro-
mulgantur. Promulgatio autem publice fieri debet, ita ut communitati manifes-
tetur, ut notant DD. potius ibi in cap. erit autem lex. 4 dist. n. 8. singulis subditis
ut optime docet Ex. Innoc. 3. in cap. 1. de postulat. prelatorum, in illis verbis; nec
necessarium, cum constitutio solemniter edita, aut publice promulgata ipsius notitiam sin-
gulorum auribus per speciale mandatum, & literas inculcare, sed id solum sufficit, ut Innoc. in cap. 1.
ad eius observantiam teneatur, qui noverit eam solemniter editam, aut publice pro- de postulat. prelator.
mulgatam. huiusque Ex. Innocentius. Et illa est animadvertendum pro illa repetita
dict. aut, unaquaeque & alterum dictis extare expositivum, pro, seu, & pro, idest, & sig-
nificare ad observantiam legis oportere, quod solemniter edatur, seu publice promul-
getur, quod idest. Qua expositio suadetur in simile gratiam in l. si servum. iuncta
glossa. 1. ff. de reb. & auth. uid. possid. glossa verbo, aut, in l. debitoribus 3. ff. de re iud.
notat Mandosius in Leg. facultatum §. sane, verbo, aut, fol. 74. & de notatio sin-
gulari 6. n. 9.=

Sed adhuc ex eodem cap. 1. minuagit difficultas; nam ibi probatur ad 33
legis obligationem observantiam non sufficere quod promulgata sit, nisi ad notitiam singulorum Expenditur difficultas
c. capituli. 1.

perueniat publicatio legis. Pro cuius intelligentia dicendum est legem rite publicatam requirere denuo sui notitiam in subditis, sed ad hoc tantum modo, ut illis applicetur effectus obligationis; nempe ut non operetur excusatio in foro exteriori ex cap. ignorantiae, ad quem tollendum institutus est universalis terminus duorum mensium a publicatione. D. auth.o ut facto. Cuiat. de proscript. et terminis. cap. 13. exceptis tamen quibusdam casibus, in quibus diversis leges assignari placuit relatis a Barzo lib. 3. cap. 5. n.o 8. De qua re videndi sunt Marcus ... in institutionibus maiorum lib. 1. tit. 3. n.o 16. Menochius de arb. casu 185. Farinatius fragmentorum criminalium. Theo. institutio n.o 636. Soto de iustitia lib. 1. q. 1. n.o 4. Bonac. cum relatis ... q. 1. p. 4. a n.o 7. Suar. de leg. lib. 1. cap. 11. et lib. 4. cap. 19. Salas eodem tract. disp. 1. sect. 10. et ... 12. post alios. Diana 1 p.te tract. 10. de legibus resolut. 8. et 9. qui plures huius aet. qui disputant et examinant. praesertim an Pontificiae leges obligent ante duos menses a publicatione, et an hoc fieri debeat in singulis dioecesibus, an sufficiat Romae facta, quae sunt adeo nota, ut pro utraque parte stent assertores numero et authoritate validissimi.

34

Resolutionis huius materiae.

Apud omnes tamen frequentia placuerunt sequentes resolutiones. 1.a minime peccare, qui non obtemperat legi humanae non dum promulgatae, etiam si superior intenderet obligare. arg. ... in l. 1. de ... Oblig. 2.a eum, qui ante duorum mensium tempus scit legem promulgatam in locis provinciae, teneri in conscientia ad illius observantiam. arg. cap. 1. de postulat. praelatorum. 3.a eum qui post duorum terminum invincibiliter ignorat legem sufficienter promulgatam, adhuc excusari si contra illam faciat. 4.a huiusmodi terminum duorum mensium militare in legibus universalibus et praeceptis supremorum Principum, aut Romanorum Pontificum, non vero in legibus inferiorum veluti Episcoporum, aut Ducum (quibus potestas legis condendae fuerit concessa) quae statim a publicatione in populo, 1 die cum subditos adstringunt.

35

De publicatione, quae datur in lege aeterna et naturali.

Ulterius circa requisitum hoc promulgationis legis, quod generaliter ad eius essentiam et naturam desiderari diximus, illa se nobis offert difficultas, quod lex aeterna, et lex naturalis sunt, et dicuntur verae leges, et tamen obligant absque eo quod promulgentur, quod tamen est de ratione et substantia legis promulgatio. Cui difficultati, ut satisfaciant diversimode se gerunt DD. et 1.us admittentes legem aeternam esse ab aeterno legem, et essentialiter completam ratione legis. fatentur in ea dari etiam ab aeterno promulgationem, non vero externam, aut temporalem. Nam licet promulgatio sit de substantia legis, non tamen eodem modo data in omnibus legibus. Quippe legem aeternam.

nam (quod lex aeterna est diuinae mentis, quo libere statuit modum gubernandi homines, ad finem naturalem et supernaturalem) Deus promulgauit ab aeterno creaturis rationabilibus, ut ex mente D. Tho. tradit Val.o de leg. disp. 7. q. 1. art. 2. pag. gen. ult. Suarez lib. 1. cap. 11. n.o 2. et latius lib. 2. cap. 1. n.o 8. quamuis enim creaturae non extiterint ab aeterno, Deus tamen in priori rationis signo intelligit eas habere praesentes in aeternitate, ut explicant Theologi laudati, et Montesinos de leg. disp. 20. q. 4. n.o 83. Ergo creaturae in tempore habent esse et vim rationis, et legem audiunt sine noua diui promulgatione, participant obligationem effectum a lege aeterna per lumen naturale iuxta illud psalmi 4. signatum est super nos lumen vultus tui domine. Eodem fere modo dicimus in lege naturali dari promulgationem eorum mentibus hominum, dum enim veniunt ad usum rationis inscripta lex naturalis cognoscenda, ut scribit D.or Angelicus 1. 2.ae q. 90. art. 4. ad 1.m lex enim naturalis non est nobis essentialiter tamquam habitus, et obiectiue, ut propositiones, quae naturali lumine cognoscuntur; atque adeo inest participatiue in intellectu hominis, in eoque habet vim suam coactiuam sub reatu culpae, cum reus nascentis, quamquam legem fecit, quicumque mortaliter peccat. prosequitur latius Soto. lib. 1. de iustitia q. 1. art. 4. ad 2.m

Denique pro complemento eorum, quae in huius art.i initio promisimus, superest adnotare legum diuisionem, quae multiplex fieri potest pro diuersitate eorum, quae legi intrinseca sunt, etenim sumi potest distinctio ex parte legislatoris, ex finibus, subiectis, materia, et rebus, quae legibus praecipiuntur, aut prohibentur, atque adeo plures et varias legis diuisiones omnes insinuant Philosophi, Patres Theologi, et Iurisperiti, ut considerat Marsilius in argumento ad dialogum Platonis de lege, Suarez in tract. de leg. lib. 1. cap. 3. Salas disp. 2. sect. 2. Val.o disp. 7. q. 2. p.to 1. Azor. 1. tomo lib. 5. cap. 1. q. 1. Sayrus. Vazquez, Valenzuela, et alii ex his, quos Gratianus scribit in prim. dist. distinctiones colligit in cap. 1. cap. sequens 6. cap. 10. et 11. eadem dist. et ex multis dist. 2. Iuris consulti in l. 1. §. 2. ff. de iust. et iure, et institut. de iure nat. Omnium tamen a theologis recepta diuisio legis, quae ex scriptura sacra tradit D. Th. 1. 2. q. 91. ut scilicet lex diuidatur in aeternam, naturalem, diuinam, et humanam. Aeternam vocant rationis ordinationem, quae mente diuina ab aeterno manet iuxta illud prouerb. cap. 8. ibi: ab aeterno ordinata sum et legem ponebat aquis, ut sic differat a temporali, quae humana potestate statuitur. Naturalem intelligunt lumen rationis humanae, quod Deus naturae Conditor. Una eum natura mentibus hominum impressit, quo naturaliter cognoscunt quid faciendum, et non faciendum iuxta illud psalmi 4. signatum est super nos &c. et de qua cit. ad Rom. cap. 2. dicit: gentes, quae legem non habent (scilicet scriptam) naturaliter quae

36 de Diuis. legis

legis sunt, faciunt. Divinaq; quae in sacra scriptura traditur, & specialis lex est, atq; immaculata iuxta illud psalmi 18. Lex divina immaculata, quae subdividitur in veterem, & novam, hoc est Mosaicam, & evangelicam utrobique ad Hebraeos cap. 7. ibi: translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat, quae respicit in cap. translato de testibus. Humanam appellant legem, quae ab hominibus secundum potestatem, quam habent condita est, iuxta illud Luc. cap. 10. qui vos audit, me audit, & ad Rom. cap. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. respicitque in cap. omnis anima de censibus. Et humana lex etiam subdividitur in civilem, & ecclesiasticam. Civilis est, quae pertinet ad laicos, & ex principijs solius naturae deducitur. Ecclesiastica autem hoc est, quae ecclesiam & cuncta atque legi divinae supernaturali:

Sane, etsi

37
Interpretatur cap. i dist. i

praedictae legis quadripartita divisio vera & aptissima sit, atque a theologis communiter admissa tamen respicit eadem quae venit legentibus Isidori relatis in cap. i. hac eadem dist.ne i. qui summam legis divisit constituens, ita inquit: omnes leges, aut divinae sunt, aut humanae. Divinae natura, humanae moribus constant. Nam Isidorus ibidem divinae nomine denotat omnes leges, quae divinitus, & absque humana promulgatione aliqua ordinatae sunt mentibus omnium hominum in corde, ut lex aeterna, lex naturalis, & divina positiva (Quam ob rem Grat. in procemio praedictae distinctionis Isidorij vestigijs inhaerens, docet ius naturale esse quod in lege & in evangelio continetur, idest per actus morales tum in nova, tum in veteri testamento contenta, ut notant Turrecrem. & Barb. ibidem. P. Aug. in comm.o dicto de leg. in prin.o n.o 29) Humanarum vero appellatione comprehendit Isidorus omnes leges, quae auctoritate humana feruntur, sive scripto, sive moribus constant. atque cap. ius naturale eadem dist.ne i. l. 6. § ult. l. omnes populi 9. ff. de iust. & iure § constat. institutionum de iure naturali. Quae omnes moribus constare dicuntur ab Isidoro, tanquam ab humana potestate dependent, tamquam humanae leges quae non receptae moribus evacuantur, ut in sequenti tractatu dicemus:

38
prima objectio.

Contra praedictam divisionem obstare videtur, quod praeter leges specialiter superius denotatas est & alia, quae dicitur ius aut lex gentium ut constat ex l. 1. in l. i. § huius studij de iust. colleg. ff. de iust. & iure. § fin. instit. codem. Isidorum in ius autem 6. hac dist.ne i. Cui difficultati ut respondeant DD. reducunt ius istud ad ipsam legem naturalem, quam illud homines naturali ratione ducti constituerint. l. omnes populi infra ff. de iust. & iure. cum Azor. i. p. lib. 5. cap. i. q. 5. & alij apud Salas disp. 2. sect. 2. n.o 11. Rectius tamen sentiunt, qui gentium ius ad legem humanam & positivam referunt, nam ius istud non est in natura, sed ab homi-

nibus.

nibus necessitatibus exigentibus constitutis. E contra vero multa de sacramentali dispensatione loquuntur negant Cajetanus loco citato, Valentia tomo 2. disp. 7. q. 5. puncto 4. D. Thomas 1a 2ae q. 93. art. 3. Soto lib. 1 de justitia q. 5. art. 4. Salas de legibus tract. 14. disp. 17. Aragon 2a 2ae q. 60. art. 2. ubi bene expresse dicit nihil quod in jure gentium dicitur contra humana potestas, vitandi que ex lege naturali, ... humano, quasi tanquam conditore prodiit.

Secundo objicies: Praeter easdem species legum est alia lex, quae dicitur lex membrorum, Paulus ad Romanos cap. 7. alia lex spiritus, cujus meminit idem Paulus ad Romanos cap. 8. et lex perfectae libertatis, de qua Jacobus cap. 1. Respondeo tamen legem, quae dicitur membrorum a Paulo, esse potius pravam inclinationem appetitus ad bonum sensibile contra rationem, propterque vocari legem peccati, aut fomitis, quae ad agendum allicit, ut docet ... in decreto de peccato originali cap. 5. nec proprie legem esse, sed metaphorice ita appellari. Ceterum lex quae dicitur spiritus et lex perfectae libertatis est lex Evangelica, ut recte post alios advertit Montesinos disp. 20. q. 5. n. 112 et seq. ideoque non constituit diversam speciem legum praeter traditas. 39 Secunda objectio.

3o objicies: Lex aeterna non distinguitur a divina, eo quod utriusque sit legislator Deus, immo videtur distingui ab aliis legibus, cum transgressio cujuscumque legis sit transgressio contra legem aeternam, ut docet Augustinus lib. 22 contra Faustum cap. 27. ubi peccatum definit quod sit factum, dictum, vel concupitum contra legem Dei. Respondeo Deum non eodem modo dici legislatorem respectu legis aeternae et divinae, nam per legem aeternam ab aeterno ordinavit omnia in suos fines, per divinam autem dumtaxat homines ad finem supernaturalem, et proinde nulla lex divina est aeterna, sed temporalis, nam ex tempore fuit data hominibus. Ulterius quod lex omnis derivatur ab aeterna D. Thomas 1a 2ae q. 93. art. 3. unde provenit, quod transgressio cujuscumque legis vero sit peccatum contra legem aeternam, ut Augustinus docet. 40 Tertia objectio.

Et haec de hac tractatione dicta sufficiant. Utinam
ad laudem omnipotentis Dei Patris, et Filii
et Spiritus Sancti, cedant, et in
honorem Beatae Virginis
Mariae absque labe peccati originalis
conceptae.

Margin (left): perfecta

TRACTATIO SECUNDA DE ACCEPTATIONE LEGIS HUMANAE. AD EXPLICATIONEM CAPITULI. IN ISTIS. DISTINCTIONE 4.

1 Expenditur nr textus.

Celebris & notabilis est D. Aug. sententia relata in cap. in istis 3. hac dist. ubi
scribit quod quamquam de legibus temporalibus homines iudicent cum eas instituunt,
tamen cum fuerint institutae & firmatae non licebit iudici de ipsis iudicare, sed se-
cundum ipsas. & Aug. explicans Grat. in hoc verba subiungit, leges instituuntur
cum promulgantur, firmantur cum moribus utentium approbantur. Ex qua doctrina &
authoritate communiter DD. deducunt leges humanas robur & firmitatem non habere
nisi postquam publicatae fuerint a subditis acceptatae, atque ideo acceptationem populi

2 De efficatia legis citra acceptationem.

esse necessariam, ut lex habeat statum & efficaciam legis. Pro qua opinione est decisio Iul.
in l. de quibus 32. ff. de leg. ubi I. C. docet, quod ipsae leges nulla alia ratione nos tenent,
quam quod iudicio populi receptae sint. Aristot. lib. 2. politicorum cap. 6. in fine. ubi lex
nullam vim obligandi habet nisi ex more. Persuadetur ratione, nam leges a populo ex-
pressa vel tacita consensione fuerint acceptatae, sed non receptae. hoc omnino
conforme legislatoris benignae voluntati, nam nimis suis subditis onerosae videantur
quod nisi acceptentur leges subditos non tenerent, cum nullum aliud maius signum esse possit an
lex bono populi conveniat. arg. cap. erit autem 4. dist. 2. nam lex humana, etiam si
fuerit iam acceptata & recepta potest abrogari per contrariam consuetudinem cap. cum digni-
tatis cap. fin. de consuetudine cum similibus. quod a fortiori potest enervari opinio,
quod numquam recepta fuit, aut moribus confirmata. ita sentiunt Archidiaconus. Fe-
lin. Card. & ceteri in dicto cap. in istis. Abbas. Felinus, Decius in cap. 1. ubi
etiam Dec. plura congerit de consuetudine. Silv. verbo. lex q. 6. Saa eodem verbo. in princ.
Iason post eos. ibi in l. cum novus C. de iud. Nav. in man. cap. 21. n. 41. & consilio 1.
de constitut. q. 3. art. 25. Covarr. 2. var. cap. 26. n. 6. vers. sequent. Azor. 1 tomo lib. 5.
cap. 4. q. 1. Rodriguez. 1 tomo regularium q. 6. art. 10. Bonac. de leg. disp. 1. q. 1.
p. 4. art. 27. Enriquez. lib. 7. de indulgentiis cap. 20. § 1. cum multis aliis
ab eo relatis, quorum nonnulli hanc etiam opinionem admittunt in legibus canonicis
ab ipso R. Pontifice latis, propter iura & rationes numquam proponendas. & tenent in d. cap. fin. de
consuetudine, qui loquitur in Pontificiis legibus. notat Ferdinandus de Castro

in opere

in opere morali. 1 tomo. tract. 3. disp. 1. § 13. nº 1. =

Itaque tamen omnino sententia mat- 2

[illegible] etiam placuit Doctoribus Theologis & iurisperitis. Suar. de leg. lib. 1. cap. 11. opinio contraria

nº 7. & lib. 3. cap. 19. anº 4. Vazq. [illegible] eod. tract. disp. 156. cap. 8. Salas disp. 1. sect. refellitur

10. anº 71. Medina & alij per Laim. tract. 4. de leg. cap. 3. nº 1. Basilio de Leon

lib. 5. de matrimonio cap. 7. nº 2. Burgos de Paz in proemio legum Tauri. nº 193. Zaua-

rela in proemio Clementinarum [illegible] Vniversitati q. 2. Marc. Ant. lib. 1. institutionum ma-

ior. cap. 3. nº 31. existimantibus humanam legem a legitimo legislatore latam & sufficienter

promulgatam de ratione sui valoris perfectam institutam essentiam, & obligationem non indigere

acceptatione subditorum, mouenturque, quia alias non tam ipsa lex obligaret subditos,

quam subditi voluntarie se submitterent, & proinde illa propria redderetur supre-

ma legislatiua potestas, quam in Monarchica gubernatione obtinet Princeps, non solum

ecclesiasticus, qui illam a Christo domino accepit, sed etiam secularis, qui a populo, ut ostendimus tractatu 1.

Quae scribentium diuersitas mirum in modum grauis [illegible] ponendo [illegible] distinctione 3

inter esse & propriam obligationem legis, quam habet de ratione sui, & inter dissimulationem legisla- Concordia opinionum.

toris, qui quasi conniuentibus oculis (ut talem dicitur in l. 4. ff. de manum.) legis obseruan-

tiam & obligationem negligeret, imo populo non recipienti legem annueret. Ex primo

membro procedit sententia Francisci Suar. Vazquez. Salas, & reliquorum, quos

nuper laudauimus. Ex 2º vero sententia Archidiaconi & Doctorum in d. cap. in istis.

& in d. cap. 1. de treuga & pace, Nau. Cobb. & caeterorum. Certum enim est legem acceptione

subditorum & vim intrinsecam obligandi subditos a promulgatione, & Principem ad legis ascultationem, acceptationem, & obseruantiam populum adstringere, & coercitio-

ni subditos eandem sufficienter promulgatam perfrangentes animaduertere, alias

enim illusoria fuisset eius potestas. Caeterum si de facto, nec populum non acceptantem

cogat, nec in transgressores animaduertat, tunc lex ipsa vim & potestatem amittit, non

tamen ex non usu, quam ex Principis scientia & tollerantia. Ut sentire videtur Silu. Doct. dum

docet non usum non tollere legem nisi per modum consuetudinis, quando Princeps scit, &

tollerat. Greg. Lopez. in l. 16. tit. 1. p. 1. glossa 4. Castro, si attente legatur, lib. 1. de

lege poenali cap. 1. =

Quibus animaduersis atque resolutis iam illis non obstat, imo mi- 4

rum in modum deseruit [illegible] dicit Aug. in d. cap. in istis (seu Isidorus, quem intelligitur [illegible]

tanquam authorem existimat Medina 1. 2. q. 9. art. 3.) & quod [illegible] exponit in titulo legis. in cap. in istis.

supponitur enim ibi leges institui, [illegible], cum promulgantur, quod idem est ac dicere

ex promulgatione acquirere essentiae vim, & potestatem obligandi subditos. & quod inme-

immediate addit.; nempe firmari cum moribus utentium comprobant. Intelligendum est
non de firmitate authoritatis, de stabilitatis, et permanentiæ, non ut inquit Archi-
diaconus ibi leges moribus firmantur de facto; nondum ea ratificata sunt ob
ipsa institutione. Notant Rodericus a Cuna ibi n.o 5. Barb. n.o 6. post Suar. de cap.
19 n.o 4. et 9. Laim. d. cap. 3. n.o 1. quo etiam sensu accipiendum est ipse Grat. in scho-
lijs ad cap.m denique eadem dist. 4. et decisiones traditæ a Ricio collectanea ibi.
et authoritates Doctorum congest. a Salgado de potest. regia 1. parte cap. 1. preludio 5.
n.o 322.

5 Interpretatur l. deg. ff. de legibus.

Nec magis obstat lex in l. deg. ff. de legibus, pro contraria opinione expensa
n.o 1., nam quod Iuris multus ibidem scribit, protergum quod intelligi possit et interpretatus
ne per traditum ad Grat. non procedit in legibus reipub. Romanæ ut notat An-
dreas ab Exea in rub. de constitut. n.o 209. Cuius regimen magna ex parte democra-
ticum fuit, et in qua iussu dictatoris, aut Consulis, aut prætoris lex ferebatur ad
populum, qui ea approbat. author eius fiebat. § lex est. inst. de iure naturali, ubi no-
tant Cifanius et alij expositores. Budeus per hunc ibi in l. 2 § Nojo lavisset 24 ff. de
origine iuris Alexander ab Alexandro Lib. 2 dierum genialium cap. 23 et 24. Salas d. disp. 2.
sect. 7. atque ita prodierunt commitiorum nomina accipiebant leges, Veluti Centuri-
atæ, Curiatæ, Tributoriæ. Ioannes Mercerius lib. 2 opinionum cap. 3.

6 Ex rationibus contrarijs.

Nec denique urgent
rationes quibus nituntur adversarij. n.o 1.o, nam absurdissimo fundamento supponitur Voluntas
Principis, in iure tacita consuet. acceptationis obligare volentis, cum nullatenus de
tali voluntate constet, imo legitimo iure presumatur contraria ex absoluto precepto
legis a se latæ, nam imperium inducit necessitatem, et est signum sufficiens voluntatis obli-
gandi. cap. addit. cap. postaqua. 2 q. 2. cap. de liguribus. et nobile 23 q. 5. cap. dilecti-
ssimi 2 q. 2. alias enim frustra præcipiunt, et iniuste punirent transgressores, nec
ipsi peccarent, quod falsum est, ut statim dicemus. Nec urget ratio 2. desumpta
ex cap. fin. de consuetudine, nam aliud est legem in recepta derogari per contrariam
consuetudinem, quod fieri potest in cap. cit. est, aliud vero a principio non recipi a subditis. 1.o
casu, id est derogatur, aut tollitur lex per posteriorem consuetudinem, quod hæc ratio
nobilis est et legitime præscripta habet vim legis. l. deg. ff. de leg. cap. consuetu-
do. 1.a dist. ubi contra illa, cum deffuit lex. pro inde habenta accidere, cum lex
extinguitur, et quasi modum antiquatur, seu victa a posteriore consuetudine ra-
tionabili quemadmodum vincitur ab alia lege posteriori scripta, sic in l. 2.
C. quæ sit longa consuetud., ubi dicitur consuetudine vinci legem. Gre. Lopez Made-
ra lib. unico animadversionum. cap. 5. Cuiac. in cap. 1. de cognit. feudi in Verb.

feudorum

feudor. 2° cum n'est consuetudo contraria, sed potius desuetudo, quae vim legis n'obtinet. ut notant DD. sup. citati, praecipue Azor ubi sup. q. 4. novissime noster Magister Franciscus de Araujo. 2 tomo in 1.2. q. 97. disp. 3. sect. 3. dificult. 3. in fin.

Ex quibus infero procedere nostram sententiam non solum in lege Canonica lata per Pontificem maximum ut caput eccl., cui a Xpo dno potestas & gubernatio fuit data. Ioannis cap. 21. pasce oves meas. sed etiam in lege civili per Regem, & alios supremos legislatores seculares lata habentes liberum & absolutum imperium, a populo mediate, & immediate plene tamen tributum, ut docent frequenter DD. Caeterum si rex, aut alius gubernator ita fuisset electus, ut non posset nutu suo nisi consensu regni in comitiis congregati, & alio modo leges ferre, tunc sane non solum non obligabit, deficiente acceptatione populi, verum nec ab initio si non consensu condita fuit, aut promulgata, neque actus agentium non debet ultra consensum operari. l. non omnis ff. de reb. credit. ex traditis a Fabro in suis jurisprudentia libro primo 6. docent etiam Vazquez de cap. 5. n° 37. & 39. Suarez lib. 1. cap. 11. n° 7. Araujo sup. n° 7. & 8. ubi meminit legum Hispanarum et tributa, quae ferri debent accedente consensu civitatum per procuratores in comitiis congregatos. l. 1. 2. & 4. et aliis tit. 7. lib. 6. recopilat.

7
Superior doctrina in canonica & civili lege.

2° infero eos qui legem iustam rationi consentaneam a sum. Pont. & rege latam non acceptant, peccare mortaliter; nam ut ostendimus ex ipsa promulgatione sufficienter instituuntur leges virtute sui, & accipiunt vim obligandi subditos, qui propterea illis humiliter parere debent. lorca de leg. disp. 20. in fin. nisi quis sit de iniustitia, aut inutilitate legis evidenter constaret ex illud Apostoli ad Corint. cap. 13. non in destructionem, sed in edificationem. Considerat optime Gab. Vazquez de cap. 5. n° 4. aut si non sit acceptata a parte maiori communitatis in qua invenitur. Fiet enim quamvis primi pro licito non recipientes peccassent, tamen successores non peccabunt legem non servantes in eo in quo acceptata non est. Quippe cum esse potest quod lex acceptetur quoad unum [illegible] & non quoad aliud, veluti quo ad dispositionem irritantem aliquorum contractuum, & non quoad poenam, & e contra acceptetur quo ad poenam, non autem quoad culpam mortalem. ut post Nab. de cap. 2. n° 62. tradit Valent. 2° tomo disp. 7. q. 5. p. 5. in princ. pag. 6. Bonac. et aliis de disp. 1. q. 1. p. 4. n° 30, & 31. Ubi recte observant ex quibus ultra terminos locat bona eccl. non fuit poena excommunicationis lata in extravag. Pauli 2. incipit Ambitiosae. sub tit. de reb. eccl. non alienand. ea quasi in viridem usu recepta in hac parte quoad poenam excommunicationis.

8
non acceptantes legem iustam peccant.

Sed si quaeratur qua ratione sit intelligenda communitas in proposito, cuius maior pars oportet legem

9
Cuius communitatis dicatur maior pars.

recipere illa approbando verbo, scripto, et facto, respondendum est non solum intelligi uni-
versam communitatem, cui lex praescribitur, sed etiam aliquam eius partem late patentem, prout viri sa-
pientes attenta ratione legis et conditione communitatis iudicaverint per illam talem partem
communitatem censeri, qualem expediat pro maiori parte acceptasse legem, ut ad eius
observantiam maneat obligata; quam in re probabiliter circumstantiae et
rationis negotii, aut legis poterunt in particularibus casibus diversa pro-
dire sententia, ut videatur Vata d. parte 5. q. 5. Communitatem in proposito cen-
seri posse communitatem unum regimen partiale, una provincia, una dioecesis,
et quandoque civitas una insignis, in quibus peculiaris ratio necessitatis, utilitatis, et po-
ssibilitatis daretur. Videndus Salas de leg. disp. 13. sect. 2. n. 10. Unde ut
lex Pontificia obtineat in hispania satis est, quod sit iusta, et in hispania re-
cepta, licet non sit in Galia talibus, ut obstat decreto. quoad decreta de reformat.
Azor d. lib. 5 cap. 4. q. 3. Nab. d. consilio 1. de constitut. et contra si in hispania non sit re-
cepta non obligabit, quamvis in alijs provincijs recipiatur; sic vidimus multos
proprios motus receptos in Italia, non in hispania, qui propterea hispanos non
ligant, homo enim conformare se debet cum membris proximis et immediatis
communitatis suae, non cum remotis, et cum hominibus sui generis, aut professio-
nis, non cum alijs laim. d. cap. 3. n. 5. recte advertens contingere quandoque legem in una
communitate esse receptam, et in una parte eius a bono genere hominum, non ab alio, ut
a clericis, non a laicis, et a solis regularibus=

10

De prelatis, qui non curant leges recipi.

Tertio infero minime excusandos esse Episcopos,
prelatos, et superiores, quorum negligentia fiat, ut a subditis lex non acceptetur vel
re servetur, si scilicet, prout debent, non curant, ut leges pia superiorum authoritate
late ad notitiam subditorum perveniant, nec eos urgent monitis, et poenis ad observan-
tiam ita Bal. 5. q. 9. Nab. d. cap. 23. n. 67. Salas d. disp. 13. sect. 1. n. fin. idem dico de
provincialibus Ducibus, et gubernatoribus, postquam lex Imperatoria, aut regia
fuerit eis transmissa. laim. d. cap. 3. n. 2. Ceterum illud etiam in hac re meminisse
oportet negligentiam imputari solummodo Episcopis, prelatis, aut gubernatoribus
qui vivunt tempore, quo lex Pontificia, vel Regia primum promulgatur, namque sicuti
tunc legem non recipientes, aut a subditis recipi non curantes minime excusentur
a peccato; tamen eorum successores excusatos habent, ut post alios DD. resolvit
Diana 1. parte moralium tract. 10. de leg. resolut. 5. ubi videndum deduxit Episcopos, et
Principes, qui hoc tempore vivunt, de quorum antecessores non receperunt Decreta Tridentina publi-
ce, tamen esse dicendum liberos esse in conscientia, multo quoque magis eorum subditos. Adeun-
dus idem Diana in 4. parte tract. 4. resolut. 177=

4 infero

4.° Infero eum, qui iuravit servare leges, aut statuta, non teneri servare ea, quae vel recepta non sunt, ut recte docet Menochius de praesumpt. lib. 2. cap. 2. num. 1. Alderinus Mascardus in tract. de interpretat. statutor. concl. 6. num. 77. nam quoad modum iuramentum illud non extenditur ad observantiam legum & statutorum, quae contraria consuetudine abrogata sunt, ita neque ad ea, quae moribus utentium non sunt recepta. Tiberius Decian. respons. 24. num. 42. Azor 1. tomo moralium lib. 5. cap. 5. q. 7. & 8. Lessius, quia statutum non acceptatum vires amisit, sicuti consuetudo, & dissimulatione, & conniventia superioris ex 1. tradita n.° 3., & proinde habetur quoad effectum obligationis, ac si promulgatum non esset, statutum autem non editum tempore iuramenti interpositi non comprehenditur in iuramento servandi statuta, nisi mens iurantis ad futura se porrigat, docent Abbas, Butrius & alii per textum ibi in cap. Clericus penult. de iureiurando, quem explicat Sanchez in praecepta decalogi lib. 3. cap. 14. n.° 1. & adsuper positis in n.° 7. cum seqq. ubi etiam examinat obligationem Decurionum, Doctorum & Scholarium, qui iurarunt servare leges, & statuta suae communitatis, & praecepta rectoris imposita sub poena periurii iuramenti, quod proculdubio obligant in conscientia, nisi ex levitate materiae obligare aliter esse praecipientis mentem. Sequitur Salas de leg. disp. 10. sect. 9. n.° 63. & disp. 15. sect. 1. An autem semper obliget ad mortale praedictum iuramentum, utilis in quaestio est. Probabilitamen dicas cum Sanchez ubi proxime iuramentum intelligendum esse ita obligare, ut res illa servanda contineatur in statutis, ac proinde si statutum tanti momenti ut obliget ad mortale, obligabit iuramentum ad mortale, si vero sit leve, ita ut ad veniale solum obliget, iuramentum ad veniale obligabit, quod si iuramentum, seu statutum ad nullam culpam obliget, sed tantum sub poena sit, iuramentum ad nullam obligabit culpam, ut satis probatur ex Clement. 1. §. cum igitur in primis. vers. declaramus. de V. Sig. ubi hoc quidem definitur de voto servando regulae fratrum minorum; ratio autem eadem est in proposito de voto & iuramento. Docent ita Suarez, Sanchez, [illegible], Gomez & alii per Padillam in l. cum proponas n.° 2. Cod. de [illegible]. DD. in cap. si vero & in cap. 2. de iureiurando.

44.

De iurantibus servare leges.

5. Infero legem editam a legitimo legislatore promulgatam, etiamsi quis dubitare contingit, sit ne vero recepta necne, praesumi receptam a subditis, vel a maiore parte communitatis, nam cum ex iuris censura, eo ipso quod lex promulgata a legitimo superiore habeat perfectam obligationem legis, & vim obligandi subditos, uti ostendimus; consequens est pro lege stare praesumptionem, nisi constet de non acceptatione, quod in facto consistit, ita Salas de legibus q. [illegible] tract. 14. sect. 5. n.° 22. & communiter DD. Vero qui legem promulgatam in suum favorem allegat, dicitur habere intentionem fundatam; qui vero allegat non esse receptam, tenetur illud probare. cap. 1. 2.

45.

An leges in dubio praesumantur receptae.

l. verius. 21. ff. de probat. & post Bart. in l. illa n.° 5. ff. de V. ob. tenent Rolandus à Valle consil. 90. n.° 53 & 54. Bonac. cum relatis disp. 1 de leg. q. 1. p. 4. n.° 44. In hac etiam cadendum existimo sic resolut. Azorii. 1.ª p. lib. 2. cap. 19. q. 12. dicentis eum, qui dubitat, an lex pœnalis imponens excommunicationem, suspensionem, aut irregularitatem sit vere recepta, eam posse amplecti, quod negat legem usu esse receptam. In quam opinionem se inclinaverat ipse Salas disp. 1. 2. q. 21. tract. de leg. post multa Dub. 1. n.° 169. & sequitur probabilem dicens Diana 1. p. tract. 10. de leg. resolut. 3. & novissime alijs relatis Doctoribus 4. p. tract. 3. de scientia dubia resolut. 19. Contrarium enim procul dubio verius est, & in praxi sequendum cum Th. Sanchez in suma lib. 1. cap. 10. n.° 35. Bonac. de leg. disp. 2. q. 4. p. 7. n.° 21. Filiutio tract. 21. cap. 4. n.° 169. & alijs Doctoribus, eo quod suadent ex rigore a nobis traditis, & praecipue ex eo, quia cum praesumptio & possessio stet pro lege, quam constat esse latam, eam non tingit dubitari de eius receptione, sed de executione, quod in facto consistit.

13 Contrarijs rationibus fit satis.

Nec obstant rationes, quae pro sententia Azorii & sequacium considerari solent. Et quod in lege pœnali, utpote odiosa benignior pars sit amplectenda. Ex quo odia restringi, favores ampliari. 2.° quod possessio stare videatur pro subditis, sua libertate possidentibus. Nam ista dubio similiter satis minime adaptantur ad casum, de quo agimus, quod clare & perspicue constat de lege pœnali promulgata, & de pœna poenitus imposita, tum enim pro illa eius obligatione stat praesumptio, atque possessio, non pro subditis, ad quam sane obligationem tollendam, neque ad exactionem eiusdem legis minime requiritur acceptatio, sed ad hoc ut permaneat & vires non amittat, atque ideo cum in dubio proposito solum de acceptatione dubitetur constat praesumendum esse pro obligatione legis clare & manifeste statuentis quid faciendum sit & sua cum pœna.

14 Scientia Legislatoris tacita, aut expressa.

Sexto ex ante superioribus doctrina traditam n.° 3. infra ad hoc ut lex solemniter lata non obliget et obligationem necessario desiderare consensum saltem tacitum legislatoris, quod scilicet nesciat legem usum recipi ab initio & tamen tolleret, aut non observantiam subditorum urgeat, tollerantia enim & dissimulatio Principis in actu lege prohibito inducit dispensationem 2.m glos. ubi iterari in fine. cap. Vir, de secundis nuptijs. glos. etiam in cap. quoniam de consanguinitate & affinitate. glos. & DD. in cap. 1 de treuga & pace, sane lex non solum tunc videtur usu recepta, quando Principe sciente per aliquot actus contrarios occluditur, sed etiam quando eo ignorante per decennium aut aliud tempus legitimum fuit neglecta, seu omissa, nec ullo pacto fuerit admissa, ut post Imolam & Felinum, aliosque DD. resolvit Cov. lib. 2. var. cap. 16. n.° 6. vers. Quinto sunt.

Nal.

Nab. sitho. i de obitat. q. 5. n. 25. quippe virg[illegible] surrexere contra rectam regulam, tacitus Principis volenti leges suspendere, cuius obligatus tollere, quae & alijs rationibus resolutis huius [illegible] tenent [illegible] ultra [illegible] laudatos Silb. in summa v. lex. q. 6. [illegible] ct hic. Reginaldus in praxi fori poenitentialis tomo. i lib. 13. cap. 16. n. 162. Emanuel Rodriguez. 1 tomo regularium q. 6. art. ii. Azor i tomo moralium lib. 5. cap. 4 q. 2. 4. & 6. Aug. Barb. in [illegible] cap. in istis n. ii. & alij plerique abunde relati, quamquam contra [illegible] quidquid alij censeant Suar. lib. 4 de leg. cap. 16. n. 10. Salas eodem tract. disp. 13. sect. 2 n. 12. Filiutius d. tomo. 2. tract. 21. cap. ult. n. 429. quos sequitur Diana d. tract. 10. resolut. 4. ea sola ratione ductus, quod lex humana censeatur ferri tacita conditione si acceptata a populo, quamque nos satis reijcimus.

Ceterum videlicet quando non acceptatur contra rior, & pro firmiendo tempore certo, cuius transcursu lex in desuetudinem abire, & neglecta arbitrio censeatur, etiam legislatore ignorante, varie quoque sunt multiplices sententiae, probabilius dicendum erit. 1. ut lex censeatur [illegible] minime sufficere nica[illegible] quod casus non venerit, [illegible] casus acciderit, & nihilominus lex exequatur. Felinus in d. cap. 1. de treuga & pace. n. 10. & 14. Gabriel [illegible] q. 4. [illegible] Bonac. d. § 3. n. 48. 2. dicendus est actus contrarios legi nocitura promulgatae, pauciores sufficere principe sciente & dissimulante, [illegible] [illegible] catholicae [illegible] legem revocare voluisse tamquam [illegible] deficiens [illegible]. Abbas [illegible] cap. q. [illegible] n. 6. Paulus Laim. d. cap. 3 n. 3. [illegible] [illegible] & prudenti arbitrio diffiniendus sit. Sicuti scientia [illegible] aut prudentia Principis [illegible] [illegible], tunc maiori, diuturniori [illegible] [illegible] [illegible] lex enervabitur. 3. dicendus est legis enervatae [illegible] minori tempore perfici, quam abrogatae legis, [illegible] firmatae, quapropter [illegible] ad legis canonicae abrogationem requiratur tempus 40 annorum, ut notant DD. in cap. fin. de consuetudine, & in cap. de 4. [illegible] [illegible]. Tamen ad exterminandam, [illegible] legem [illegible] non [illegible] [illegible] sufficere decennium placuit communiter Doctoribus, ut Alexander, Iason, & alijs tradit Cardinalis Tuscus lit. L. [illegible] 257. n. 15 & 20. Azor d. § 1 lib. 5 cap. 4. q. 4 & 6. Lessius de iustitia lib. 2 cap. 6. dub. 14 n. 96. Salas d. sect. 2. n. 14. Attamen in hac doctrina plausibilior mihi est sententia Felini d. cap. 1 n. 13. quem sequitur Suar. d. cap. 16 n. ii, nempe ad [illegible] deficientis obligationis legis non acceptatae, [illegible] certum aliquod tempus, sed dumtaxat requiri populi repugnantiam, seu desuetudinem per actus contrarios [illegible] & sufficienti [illegible] prudentis utcumque [illegible] in leg. fin. de consuetudine [illegible]. Innocentius in cap. [illegible] de fide

25 Explic. doctrina.

inhumitoy. Dominicus in tractatu cap. in 1515 vs. legi, quatenus scribit sufficere habitualem voluntatem Principis in obligando communis. arg. cap. 1. de consuetudine in 6. Accedendo authenticae de fidiciis sacribus in primo, quamvis enim Princeps ignoret subditorum consuetudinem semper retinet, & retinere contra talem voluntatem. Salas 5. n.º 15. atque adeo non requiritur novus Principis consensus, nec scientia, dummodo non detur expressa repugnantia, quod consequens est Principe sciente expresse repugnante nullam esse in populo potestatem encetandi legem iustam, quin potius obtemperandi necessitatem, quamvis discrepare Communitatis auctoritatem, neque rationalis patebat, ut in schismate ... membrum separata sui capitis imperium, potius quam religiosorum membrorum ductum. Larim de cap. 3. n.º 3 in fine.

16
De suplicat.ᵉ a lege.

His ex difficultatibus acceptionis legis solemniter latae, poscillat.ᵘ resolutis, requirit examinare affine, nec minus difficilem quaestionem, ut excogitatam. an scilicet a lege rite, recteque promulgata subditi valeant suplicare ad Principem & maxime ad Pontificem, & ita teneatur suspendere legis executionem. Et videtur dicendum, constitutiones licere, neque alium non dari appellatio, nec provocatio, ut colligitur in l. ult. ibi etiam si ex capite iuris dicto alioquin declarati. ff. de appellat. l. si quaecumque 4. ff. de leg. Signum sufficiat, ubi alios refellatur tradidit Rebufus, quod eque tam in lege civili a Rege sancita, quam in canonica a Pontifice facta, alitor ad quod a sententia, & remedio. Sententia enim fertur in particulari, & ex partium probationibus fit, in militis reformari sententia. l. 1. ff. de apelat. & relat. in rescripto etiam quod fertur super facto singulari, unico dato posset Princeps decipi ab importune, appellatio solet admitti. cap. significavit. 36. ubi DD. de rescriptis. Lex vero cum fertur in generale pro universali legislatoris scientia, si quam non ad meliti particulari scientia subditorum, ideo a lege appellare minime licebit, atque consequenter nec suplicare, neque obligatur eius suspendere, quamvis a sententiis, & rescriptis suplicatio interponatur. l. rescripta 7. C. de precibus Imp. offerendis. quibus rationibus hanc sententiam tenet Vazquez. 1. 2.ᵃᵉ tomo. 2. disp.º 156. cap. 7. n.º 9.

17
proposita vera senta.

Nihilominus verius dicendum est suplicationem ex causa rationabili posse licite fieri a legibus etiam Pontificiis, eumque rationi consentaneum esse, neque sicut licitum est iusta causa exigente non exigi rescripta Pontificis, donec ipse plenius informetur. cap. significasti de rescriptis cap. cum teneamur de prebendis, cum iis, quae latius tradidi in tract. de benef. patrimonialibus cap. 7. dubitationem, Virgo bulla, & litterae Apostolicae, quod de beneficiis patrimonialibus providetur, possint licite per senatores regios capi, & detineri, Deinde, quod nullo iure expresse prohibetur, quin a lege suplicari valeat.

quando

quando iusta subsit causa supplicandi ea, tum, si ob obscuritatem, & incertitudinem indigeat declarat.e, et si in patria aliquius provintia, et regni sit inconveniens, aut valde dissentiens a moribus, & consuetudinibus eius, quam non solent Pont.es velle mutare. cap. 1. de consuetudine in lib. 6. cap. certificari de sepulturis. poterit ergo supplicari, ut legislator legem revocet aut moderetur, quam sententiam tenent & probant Abbas, Felinus & alij in d. cap. 1. de treuga & pace. Alf. de Castro lib. 1. de lege poenali cap. 1. Suar. d. lib. 4. cap. 16. n.o 6. V.a lobos, & Granados. quos sequitur Diana d. tract. de leg. resolut. 6. Lorca disp. 20. V.e extraordinarie. Bonac. loco in forum citando. Vide dns Emanuel Rod.z 1. tomo regularium q. 6. art. 7. Salas disp. 13. de leg. sect. 4. per totam, quamvis in hac difficili q. alius etiam adiungi non renunciat cum plus in hac lege afirmari videatur.

Nec obstantibus in d. l. fin. ff. de appellat. recipiendis. & L. sig. qua poena ff. de V. Sign. quibus convenit tibus en cap. q. n.o 32. de appellat, nam in illis solum cavetur non licere privato apellare a poena imposita secundum prescriptionem legis universaliter receptae, vel a sententia data secundum legem, et per consequens de ne iniqua & frivola est talis provocatio; in nostro autem casu agimus de iusta & rationabili [illegible] supplicat.e a lege, sive executione legis nondum recepta, & quae intra posita a communitate, et nomine eius, ab eo, qui [illegible] authoritatem habet, inter quos casus longum est discrimen, ut notant ubi s.a & Madrus. in 1.a 2.ae q. 9. art. 3. dub. 2 pag. 841. atque ideo a tali lege potest ita interponi supplicatio, ut docent s.o laudati DD. 18 R. adiecta in contrarium adducta-

Ex quibus animadvertere licet s.o Vazquez superiorem doctrinam eque procedere in legibus civilibus, & ecclesiasticis, quod autem non tam ordinarie hoc supplicatio fiat ab illis, quam ab istis. Inde provenit, quod civiles leges, non sunt tam generales, quam plerumque non ferantur pro regno, et provincijs minoribus civilibus multum similibus. Ecclesiasticae vero, ut in plurimum imponuntur universo orbi christiano, tot tamque distantia regna, provincias, et ditiones in diversas gentibus & moribus continenti, atque ideo nihil mirum si frequentius Pontifici Ro.o tales supplicationes porrigantur a provincijs, & regnis longe a sede Apostolica distantibus, quorum proprias consuetudines, & speciales rationes convenientiae facilius poterant ignorari. 19 procedit in civilibus & ecclesiasticis legibus.

Sed an interposita ad Principem secularem et ecclesiasticum huiusmodi supplicat.e a lege noviter promulgata, suspendatur vis, effectus, seu obligatio eius ita ut liceat contra eam licent operari? Quaestio est in anceps. negant Vazquez. Lorca, & Emanuel Rodriguez ubi s.a Suar. lib. 5. de legibus. cap. 33. n.o 9. Salas disp. 16. sect. 20 Utrum suspendatur executio post supplicat.em

11. nº 46. Garcia de beneficijs pº 11. cap. 2º nº 272. & n̄ nulli alij; affirmant Alfonsus de Castro ubi s. Molina de iustitia tract. 5. disp. 69. nº 1. cui adhaerent Suarez & Salas, quodque modo Sbi. Otraxij, ille lib. 16. nº 2. iste disp. 13. sect. 1. nº 6. dicitque licitum tolerari ex omnium consensu populi, & Principis inferioris suspendere aliquantulum executionem legis animo supplicandi apud legis latorem, sequuntur Laim. d. cap. 3. nº 7. Bonac. disp. 1. q. 1. p. 4. nº 41. Anguiano de legibus lib. 1. controversia 5. Quorum opinio verior & receptior est; & suadetur, ex eo, quod posita iusta & rationabili causa revocandae legis, vel contra rationi, & moralitati necessariam, ut subditis pateat aditus ad legis latorem, pro legis revocatione, & interea legis non promulgantur, donec legis lator mentem suam magis explicet, atque ex verisimili interpretatione voluntatis eius censetur pro tunc lex non obligare. Poterit ergo eius executio suspendi, maxime quando observantia esse non posset, absque magna rerum mutatione & periculo alicuius scandali:

Attamen si Princeps cognitis rationibus supplicationis, sententiam persistat in sua sententia, sive praecepto, obediendum est illi, nisi liquido constet legem esse iniquam. Ut notat Laim. d. nº 7. quod si consultationi & supplicationi non respondeat, res per indicia est terminanda. Si enim evidens est id facere quod noluit obligationem legis tollere, nec suspendere, sed ut omittatur, vel minoris offensi, aut damni rei fiat supplicationem non debebit suspendere amplius executionem legis; Cuius autem si evidens sit eum tacere, quando munit. rego viris, qua cautum, qui tacet, &c. Salas de legibus tract. 4. ms. & hoc de hac tractatione.

Tractatio

TRACTATIO TERTIA DE OBLIGAtione legis humanæ in foro conscientiæ ad explicationem capituli 1 dist. 4 & cap. si quis autem distinctione vndecima.

Conditæ sunt leges, ut earum metu humana coerceatur audatia elleganter scribit Isidorus 5 etimologiarum cap. 20. Cuius verba referuntur in cap. 1. 4 dist. & alia similia ex Aug. in epist. ad Macedonem. transcripta a Ferrerum. in prol. q. 1. in quibus non 1

solum causa & necessitas ferendarum legum designatur, sed etiam effectus earum & obligatio proponitur. dum docemur a prædictis Doctoribus improuos refrenari formidine pœnæ; quod satis demonstrat legum transgressorum committere culpam, ut considerat in præs. Doctissimus Azor. n. 1. Pœna enim præsupponit culpam, cap. quæ sunt culpæ. 2. dist. cap. non[illegible] innocentia 23 q. 5. cap. quis autem. 11. dist. 10. & tanto scelerationem, quanto grauior fuerit vindicta. cap. nos [illegible] 21. dist. 24 q. 1. Circa propter diligenter, atque subtiliter disputant DD. Vtrum humana lex obliget subditos in foro conscientiæ, idest an illos ligare valeat ad culpam theologicam, quæ est deuiatio voluntaria a recta ratione & distinguitur in lethalem & venialem. Dicimus theologicam culpam ad differentiam culpæ iuridicæ, quæ denotat factum in culpa, ut considerat Donel. lib. 16 com. cap. 7. quæ quidem iuris periti diuidunt in latam, leuem, & leuissimam. glossa magna per[illegible] ibi. verbo exactam. in l. contractus. 23. ff. de reg. iuris, & ibidem explicant Martinus Azpilcueta cap. 1. de culpa D. Ioseph. Vela cap. 2 n. 14. Bart. & omnes, in l. quod nerua 32. ff. depositi Molina de iustitia tomo 2. tract. 2. disp. 293. n. 4. Frequenter quis solet etiam latam incidere homo potest absque ulla prorsus Theologica culpa, quæ absolutione sacramentali indigeat, aut aboleri valeat, sicut si liber commodatus dimissus extra domum super banco [illegible] aliquis furto abstulit, latam habuisti culpam, & tamen si id præ oblivione feceris a culpa theologica eris immunis. ut notat Sylv. in summa verbo culpa q. 1. n. 20.

De culpa Theologica, & eius diuisione

Pro quæstionis intelligentia prius quam ex Catholicis discedamus supponendum est contra hæreticos infra memorandos, in Principibus tam secularibus, quam ecclesiasticis potestatem esse condendi leges humanas, quæ vere & propriæ legis vigorem habeant, & subditos ad implementum obligent. Quæ doctrina vera & de fide certa est, probatur 1 ex scripturæ authoritate. prob. cap. 13. ibi, omnis 2

de potestate leges humanas condendi.

Reges regnant, & iusta legum conditores decernunt. & ad Hebraeos cap. 13. ibi: obedite praepositis vestris, & subiacete illis. & 1.ª ad Thessalonicenses cap. 4. Scitis quod praecepta dederim vobis. & Actuum Apostolorum cap. 15. ibi: praecipiens eis custodire praecepta Apostolorum, & seniorum. 2.º ex diffinitionibus eccl.ae quae hanc veritatem diffiniuit in Concilio Constanciensi contra Wicleph. & Joannem Hus sess. 15. & relatis ibi in Concilio Trid. contra sectarios recentiores. sess. 7. can. 13 de sacram. in genere, & can. 8. de baptismo, & in bulla Leonis 10. contra Lutherum. 3.º ex perpetuo usu & observat.e eccl.ae, quae semper Ecclesiasticis & civilibus legibus usa est, tamquam necessarijs ad spirituale, & temporale hominum regimen, ut considerat D. Th. 1.ª 2.ª q. 95. art. 1. quibus & alijs authoritatibus & rationibus, veritatem hanc tenent, docent atque defendunt, & haereticorum infirma mea fundamenta rejiciunt Castro contra haereses verbo lex. haeresi 3 & 4. Soto lib. 1. de iustitia q. 6. art. 4. Belarm. lib. 4. de Rom.º Pontifice cap. 15. & lib. 1. de membris eccl.ae cap. 9. Vazquez ad D. Thomam ubi s.ª q. 152. cap. 1. Suar. lib. 3. cap. 5. & 6. Salas disp. 7. sect. 1 & disp. 8 sect. 1. Azor 1.º tomo lib. 5. cap. 6. q. 1. cum seqq. Granados & recentiores qui de legibus scripserunt.

3 Explicantur Deuthe- ronomij cap. 4. & 12.

Inter alias authoritates, quas male pro se perpendunt haeretici, est illa Deuthoronomij cap. 4. in principio ibi: *non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec minuetis ex eo.* Similia verba stant in cap. 12. in fine ibi: *quod praecipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quidquam, nec minuas.* Deducunt itaque haeretici ex his authoritatibus, quod si dominus prohibuit ne aliquod novum praeceptum adderetur ijs, quae ipse populo Judaico tradiderat, multo magis credendum voluisse, ut nullum praeceptum Evangelicis adderetur, sed perperam profecto, namque ibi dum non prohibetur quaecumque additio, sed dumtaxat, quae adderet legi veteri aliquid contrarium, vel tolleret per diminutionem. Utrumque enim significant illa verba, non addetis ad verbum, nec minuetis ex eo; alioquin plures leges superadditas legi Mosaicae fuisse datas populo Israelitico a brevis regibus [illegible] accepta approbando eas scriptura 1. regum cap. 30. & citra cap. 9. considerant Vazquez ubi s.ª cap. 4. n.º 39. Araujo in tract. de leg. nouiter ex curso q.e 97. disp. 3. art.e 3. Ut tertio denique igitur post legem gratiae multo magis licebit Principibus Ecclesiasticis, & secularibus condere humanas leges prout ipsi videbunt expedire, sine contravent.e tamen, sive transgress.e divinae legis

4 Gersonis negativa sententia.

Quo supposito discurrendum nunc est cum Catholicis pro solut.e propositae quaestionis. Sane Gerson in tract. de Vita Spirituali 2 p.te lect.e 4. alphabeto 62

Litera R.

litera R. — vnica senta. est, ut afirmet legem humanam, ecclesiasticam, seu ciuilem quatenus humana est, & a solo legislatore humano profecta, non habere vim obligandi ad aliquid in conscientia, quoad culpam, dicit autem proeuisse quatenus humana est, quoniam siquae sunt leges humanae, quae in conscientia obligent non imponunt huiusmodi obligationem, quatenus humanae sunt, sed prout habent aliquid legis diuinae, praecipiendo, aut prohibendo ipsum quod lex diuina. Gersonis sententia, quatenus ad leges ciuiles sequitur Amainus in tract. de potest. eccles. ecclesiastica cap. 12. nam de ecclesiasticis oppositum tenet. quam Gersonis sententiam in prodducto sensu intelligunt. Castro de lege poenali. lib. 1. cap. 4. Soto, Azor, & alij ubi sup. Balmeria de leg. q. 5. a. 6. Lorca disp. 29. Montesinos disp. 23. q. 5. Quibus aptius credendum est, quam Gabrieli Vazq. 1. 2. disp. 154. cap. 1. & 2. Salas disp. 10. sect. 1. qui voluntarie & sine fundamento aliter cum importantem Commentar. authoris, & intentum, quod probare conatur multis rationibus & fundamentis, quae ad sequentia reduci possunt —

Primo ex difinitione peccati tradita ab Aug. lib. 22. contra Faustum cap. 27. docente peccatum esse dictum factum, & concupitum contra legem Dei: ergo factum contra legem hominis ut sic, non est peccatum. Confirmatur. Ostenditur ex eo, non seruare diuina mandata sufficit ad vitam aeternam consequendam. Math. cap. 19. ibi: <u>si vis ad vitam ingredi, serua mandata</u>. nempe diuina; ergo qui seruauerit illa, quamuis non seruet leges humanas salbabitur: ergo signum est illas non obligare in conscientia. 2º confirmatur exemplo medici, qui nihil praecipere in conscientia potest infirmo, quia natura sua absque medici praecepto non sit medicinale, & maxime vitae conseruandae conducens adeo, pro inde infirmus ex lege naturali non teneatur: ergo similiter nec humani legislatores poterunt aliquid praecipere ad mores pertinens, quod non sit iure diuino constitutum.

Secundo probatur quia potestas legislatoris non potest inducere obligationem in eo foro, in quo iurisdictionem non habet. cum nemo obligari valeat ubi contra est non posse cognoscere, nec iudicare. l. ult. ff. de iuris dict. omnium iudicum. cap. 2. de constitut. lib. 6. Petrus in l. siquis exationem ff. de iudicijs, ita Iulianus eiusdem l. fin. ex Duareno ad tit. de iuris dict. cap. 6. Donel. lib. 17. comment. cap. 9. ubi Osualdo lit. E. cum sequentibus. Baron. cont. Commthiofanion contraria l. as ext. 13] sed forum conscientiae est forum, seu iudicium Dei, forum enim ubi primaeua significatio denotat locum, in quo iudicium exercetur. cap. forus. de V. S. tamen per translationem significat iudicium, & est in duplici differentia, aliud externum, & aliud internum.

5 Probatur primo

6 probatur secundo.

de exteriori fit mentio in cap. dum spius de off. ordinarij lib. 6. Interius autem atque intus in mente hominis, ubi conscientia residet exercetur, ideirco forum conscientiae dicitur, & a D. Aug. forum vocatur Dei, sive conscientiae non potest legislator humanus per suas leges obligare

7 probatur Tertio.

Tertio probatur ex eo quod nemo ligari valet in eo foro, in quo non potest solvere, namque haec duo connexa sunt, & quasi correlativa. ex text. in cap. quod autem 3. de poenitentijs & remissionibus, sed legislator humanus, aliusque quilibet homo, non potest in foro conscientiae absolvere, nec remittere veram culpam, quae sit vera culpa coram deo, (nisi absolvendo sacramentaliter speciali dei authoritate) ergo non potest obligare sub reatu verae culpae coram deo, ac per consequens neque in conscientia. Confirmatur, namque solus deus potest infligere poenam aeternam, non homo. iuxta illud Math. 15. ostendam vobis quem timeatis, timete illum, qui potest & animam, & corpus mittere in gehennam. & Jacobi. cap. 4. ibi. Unus est legislator, qui potest perdere, & liberare: ergo solus Deus potest obligare ad peccatum mortale, ac per consequens non lex humana.

8 probatur quarto.

Quarto, ut alia omittam suaderi potest Gersonis & Almaini sententia, respectu legislatoris saecularis, ex eo, quod nemo potest obligari ad poenam, quam infligere nequit. potestas enim nulla est obligandi, aut praecipiendi, absque moderata coercitione. l. fin. in fine ff. de off. eius, cui mandata est iurisdictio, sed iudex saecularis non potest obligare, seu praecipere, sub poena excommunicationis, nec ecclesiasticus sub poena mortis. cap. sententiam sanguinis, ne clerici vel monachi. ergo legislator saecularis non potest obligare non potest sub poena privationis gratiae, vel sub poena inferni, aut purgatorij, quia non potest illam infligere. Sed obligare in conscientia, est obligare sub tali poena, ergo non potest obligare in conscientia. Confirmatur, namque obligatio in conscientia est valde spiritualis, sed in legislatore civili, seu saeculari tantummodo est potestas politica, non vero spiritualis, quae residet privative penes ecclesiasticos: ergo civilis legislatoris potestas leges, non habent effectum potestatis in conscientias subditorum.

9 Vera sententia traditur.

Contraria tamen sententia, nempe leges humanas, non solum ecclesiasticas a vera & legitima potestate legislativa emanantes, posse subditos obligare in foro conscientiae coram Deo, & quantum ad culpam, nedum venialem, sed etiam mortalem veram, & receptior est multorum.

Doctores eam tenentes

quam tenent D. Th. 1a 2ae q. 95 art. 2. & q. 96. art. 4. Molina, Valentia & communiter expositores ibidem. Soto, Azor, & alij. item Vazquez disp. 156. art. 2. Lorca disp. 21. Montesinos disp. 23. q. 5. n. 6. Araujo d. disp. 3. sect. 3. n. 14. Belarminus tomo 2. lib. 3. de laicis cap. 11. Suar. lib. 3. de leg. cap. 21. & 22. & lib. 4. cap. 17.

cap. 13. Salas. disp.e 10. sect.e 1. n.o 5. & sect.e 2. n.o 38. Alf. de Castro. de lege pœnali cap.
4. Ferdinandus de Castro in opere morali tract. 3. de leg. disp.e 1. n.o 19. Bonac. de
leg. disp.e 1. q.e 1. p.to 7. n.o 1. & 2. Paulus Laim. cap. 19. n.o 2. Silb. v.o lex. q.o 8. Nab.
in manuali cap. 23. an.o 54. Cobb. in reg. peccatorum 2 p.te § 5. Firagulus de V...
in tractu præfact.e n.o 74. Gutierez. 2. canonicarum. cap. 27. n.o 11. Sanchez in opere
morali lib. 3. cap. 9. n.o 34. post glossam verbo iudicis in cap. Mathæus de simonia. glossam
verbo constituerunt in cap. quo in ecclesiarum de constitut. ibi: in repoli. Abbatem
Imolam & alios in cap. 2 de maior. & obed. cap. quoad plerisque de immunitate ecclesiarum
P. Aug. Marla in tomo.o iuris tit.o de leg. q. 7. & plures ab eisdem rellatis quarum
nonnulli censent esse doctrinam certam secundum fidem, alij saltem esse fidei proximam. 10
Suadetur hoc
sententia ex Paulo ad Rom. cap. 13. ubi Apostolus ait. quod omnis anima sublimioribus potestatibus Suadetur primo.
subdita sit; & inferius. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. & inferius
infert ipse Apostolus in hæc verba: qui autem resistunt ipsi sibi damnationem adquirunt
& præterea scribit docendo in hæc verba: ideo necessitate subditi estote, non solum pro-
pter iram, sed etiam propter conscientiam. idest non solum propter pœnam á iudice humano
infligendam, sed etiam propter culpam, quæ committitur in foro conscientiæ. & ex 1.o
P.o dat cap. 2. vers. 13. 14. & 15. ibi: subditi estote omni humanæ creaturæ propter
Deum, sive regi, quasi præcellenti; sive Ducibus, tamquam ab eo missis. Et
actuum Apostolorum cap. 15. ubi Apostoli scripserunt ad gentes nuper ad Deum conversas
in hæc verba: Visum est spiritui Santo & nobis nihil ultra imponere vobis
oneris, quam hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum
sanguine, & suffocato. &c. quibus authoritatibus constat humanas leges rite
recteque prolatas subditos abstringere etiam in conscientia =
Suadetur secundo, nam 11
~~leges~~ humanis legislatores, legitimique superiores in decernendis legibus utuntur Secundo suadetur.
potestate data sibi a Deo. sapientiæ cap. 6. ibi: audite Reges, quoniam data
est a Deo potestas vobis. & ad Romanos. cap. 13. non est potestas nisi a Deo.
proverb. cap. 8. ibi: per me reges regnant, & iusta legum conditores decernunt.
Cuidemque legibus Deus parere præcipit. 1.o regum. cap. 8. ubi ait Dominus ad
Samuelem, non te abijcerunt, sed me. Lucæ cap. 10. qui vos audit, me audit.
& qui vos spernit, me spernit. Math. cap. 18. si eum non audierit sit tibi
tanquam ethnicus & publicanus, cum igitur eo ipso, quod legibus humanis non obtem-
peretur, non solum humana maiestas, sed etiam divina offensa, aut contempta vi-
deatur. arg. l. si familia q. ff. de diversi tit.e omnium iud. Dicendum est casus legum

transgressores fieri reos in foro conscientiae coram Deo, cuius praecepti obtemperare tenentur. Neque vim huius fundamenti removebis si dicas potestatem humanam limitatam esse, ut possit dumtaxat coercere vel adstringere poenis, non autem ita, ut obligare valeat ad culpam; nam potius affirmare debemus ad utrumque se extendere: nam alias sequeretur, reges imperfectos, et mutilos constitui in potestate, si non possunt obligare in conscientia ad sustinendam poenam, vel non ad faciendum quod legibus praecipiunt.

12

Suadetur tertio. Tertio, suadetur, nam lex humana ecclesiastica, atque civilis derivatur ex fontibus legis naturalis et divinae ex quo iure. D. dist. 4. l. in re claras. C. de summa Trinit. l. 1. et 2. C. de det. iure emphiteusi authent. quomodo oporteat. epis. in pr. Item, nam lex divina dictat servandas esse leges iustas a legitimis principibus positas, ut constat ex authoritatibus traditis. quod qui illas non servat, agit contra legem et voluntatem divinam iuxta illud 1. Petri cap. 2. hoc est enim voluntas Dei, ergo contra sequens humanarum legum transgressio est vera culpa, et peccatum coram Deo. atque ita in foro conscientiae. In quo sensu scripsit D. Th. 1. 2. q. 96. art. 4. leges hominum iustas obligare in conscientia, quatenus participant legem aeternam, et naturalem, id est quatenus nituntur in voluntate Dei, et in dictamine rationis naturalis. Hoc enim est naturale principium obediendum esse iustis praeceptis principum. Nec tamen ex hac doctrina inferas cum adversariis leges ab humano magistratu latas, non esse appellandas humanas, sed potius divinas, naturales etc. Aut saltem transgressores humanarum legum non esse reos culpae, quatenus humanas leges violant, sed quatenus violant legem divinam ibi inclusam. nam haec consequentia illegitima omnino est. Cum ipse lex Dei de servandis legibus humanis non nabeset, nisi humanae praecurrente, ideireo non intelligi non potest peccare contra legem divinam nisi humanas violando, atque ideo utramque legem inseparabiliter violat. quin immo ut considerat Suar. de lib. 3 cap. 21. n.º 7. leges humanae se habent, ut causa proxima, quae vocant causa 2.ª quae nititur in lege aeterna tanquam in causa 1.ª Effectus autem qui proxime est a causa 2.ª, ita ut a 1.ª non fieret, nisi per illam 2.ª, attribuitur simpliciter causae 2.ª, atque ideo obligatio haec etiamsi sit in conscientia, dici potest simpliciter a lege humana. sequitur lucem. ubi supra n.º 1 in fine.

13

Suadetur quarto. Quarto suadetur nam legislatorem obligare posse suis legibus in conscientia est maxime necessarium gubernationi reipublicae, et bonis moribus subditorum; et probatur, nam etiam in aliis communitatibus inferioribus et imperfectis, necessaria est vis praecipiendi

obligando

obligando in conscientia, ut patet in praecepto patris obligat filium. Deuteronomii cap. 21. vs. 18. ubi dignus morte iudicatur filius non obediens praecepto patris. & ad Colossenses cap. 6. & ad Ephesios cap. 3. & in praecepto domini erga servum 1. Petri cap. 2. Id. fert ibi in cap. 2. de dirigio Tertiaci. heri erga famulos ex officio aliquid facere tenentes. cap. 11 dominus 11. q. 3. mariti erga uxorem iuxta illud Pauli ad Ephes. cap. 5. mulieres viris suis subditae sint, sicut domino. & praelati erga subditos religiosos. Sine hac enim obligatione in conscientia non posset dari bona, perfecta gubernatio quae multo magis necessaria erit in principibus & communitatibus perfectis, veluti in provinciis & regnis, ang. legis ut dicitur ff. de iust. & iure, Tunc si Principes non possent unquam in conscientia obligare esset imperfectissima gubernatio, maximeque si tantum timore poenae deterrentur subditi, nullo legem perfecte servarent, & solum attenderent illius observationi, quando viderent esse iudicibus manifestandos, ponendique illis imponendos, quae esset aperire fores hipocrisi & simulationi.

Denique suadetur atque probatur ex cap. violatores 25. q. 1. ubi damnatur dicere paratus esse in spiritu non obedire canonibus etc. quae signum est leges ecclesiasticas obligare in conscientia. & confirmatur ex usu & consuetudine ecclesiae ferentis novas leges, & ad earum observantiam compellentis subditos per excommunicationes & alias censuras, veluti in praeceptis de ieiunio. toto tit. de observatione ieiuniorum. cap. denique 4. dist. cap. si quis 3. dist. 30. cap. ieiunium 5. dist. & in praecepto annuae confessionis. cap. omnes utriusque sexus. de poenitentiis & remissionibus. & de servandis festis. toto tit. de feriis, & de contrahendo matrimonio talibus conditionibus, & requisitis. toto tit. ff. de sponsalibus. tit. de consanguinitate & affinitate. Sed cap. 24. de infamat. in 11. cap. 1. de excommunicatione facta, nec incurrit nisi pro gravi culpa. cap. nullus. cap. plerumque 11. cap. quae cum similibus. 11. q. 3. quae tamen ecclesiasticae leges in conscientia obligant. eandemque obligationem legis saecularis reduci posse, pariter ex superioribus convincitur, ut proinde minus recte non nulli DD. dixerint non esse dicendum leges civiles obligare in conscientia, atque idem certum est de ecclesiasticis.

Ex qua certa resolutione satis superque a nobis probata plures illationes sparsimque ampliationis, & restrictionis confecit Aug. Mala d. q. 7. Utraque assertio infra asserta namque non solum habere locum in lege humana a summo ecclesiae pastore lata, & a principe saeculari fideli tam in ordine ad subditos fideles, sed etiam in lege humana principis ethnici in ordine ad subditos ethnicos, namque sicut inter fideles praeceptum parentum obligat filios

14
Suadetur plenius.

15
De legibus infidelium.

utiq; tenentur in conscientia obedire, & uxor obedire viro, & subditi suis legitimis superi-
oribus, sic etiam inter fideles subditi in conscientia obligantur Principis, & filij pre-
ceptis parentum, & uxores precepti virorum, idq; quod dicendum est de legibus Princi-
pum quatenus Ethnici, & in ordine ad subditos fideles, dummodo Princeps
sit legitimus, & non precipiat aliquid contrarium naturale, & divinum, sicenim servi
fideles tenentur obedire dominis, etiam discolis. quod docuit Petrus in sua canonica
1.a cap. 2. multomagis tenentur obedire subditi fideles Principi Ethnico ha-
benti legitimam potestatem imperandi. fides enim & gratia non destruunt naturam
sed perficiunt. & confirmatur ex Math. cap. 22. ubi Xpus dominus ad fideles lo-
quebatur, cum dixit reddite quae sunt Caesaris Caesari. Cum tamen Caesar eth-
nicus esset, docet & erudite prosequitur Montesinos de disp. 23. q. 6.=

46
R. ad nullas authoritates=

Nec in contrarium
moveri debet quod habetur Deuthoronomij cap. 17. ibi: non poteris alterius
gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. & aliquid Pauli 1.a ad Corin-
cap. 6. ubi reprehendit fideles cum lites & causas habuerint coram iudice
infideli, nam ex his locis perperam colligant haeretici non teneri fideles
obedire Principibus Ethnicis. tamen dicendum & respondendum est. 1.o
in id cap. 17. deuthoronomij Deum non prohibuisse fideles habere regem infi-
delem. aut obedire illi, si tales habuissent legitime prepositum. sed tantum pro-
hibere propria illicita & spontanea voluntate eos subijci regi Ethnico, &
infideli. 2.o ex Apostolus in id. cap. 6. minime reprehendisse, aut
prohibuisse, quominus subditi fideles obediant superioribus suis
Ethnicis aut coram illis, ut iudicibus compareant si alicuius vocentur
sed tantummodo, quod propria sponte & voluntate adeant iudicem infidelem,
& coram eo contentiones cum fidelibus habeant, ut recte docet D. Thomas
in illius loci expositione. pro qua faciunt alia eiusdem cap. verba ibi: se-
cularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles, qui sunt in ecclesia illos con-
stituite ad iudicandum. quod nihil aliud est quam dicere potius ad
catholicos insipientes, & contemptibiles in divitijs recurrendum esse, quam
ad ethnicos quantumvis sapientes. Pro quorum verborum quae alias difficillime
ma sunt expositione, multa ex sanctis Patribus cumulat Simancas in tract.
de republica cap. 19.=

47
Illatio secunda.

2.o infero cum Lorca de disp. 21. membro 1. et hoc omnia
& cum alijs doctoribus supra laudatis obligationem legis humanae in foro conscientiae
provenire ex vi & virtute legis, & obedientiae, quae illi debetur, non autem ratione dum-

taxat

duntaxat scandali, quatenus in obedientes legibus pacem reip. perturbant, & scandalo sunt alijs, ut pergirant Sectantes hæretici, qui hac fabula Caiet. ostendunt se liberare ab authoritatibus sacræ paginæ, & doctis pro nra verissima senta. adductis, in quibus n reddita ratio huius obligationis propter scandalum, sed propter debitum obedientiæ, & voluntatem Dei ordinantis. Quippe ad vitandum scandalum sufficeret obtemperare legibus ad oculum, & quasi hominibus ... praecipimur obedire superioribus legibus, sicut Deo, & ex animo, & bona voluntate, ut constat ex Paulo ad Ephesios cap. 6. ibi: obedite dnis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Xpo: non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Xpi facientes voluntatem Dei ex animo, & bona voluntate servientes; & humanæ legis obligatio in conscientia est, & subditos adstringit, etiam seclusio scandalo; ut proinde cavendus sit a senta, immo magis cum stringat de iure iurando, ut ... Felini in cap. 1. n. 17. de sponsalibus, asserentis, leges humanas quatenus humanæ sunt n habere per se vim obligandi in conscientia ad peccatum mortale, secluso contemptu, & scandalo, ita post alios notat Nav. in man. d. cap. 13. n.° 55. Sayrus in clavi regia lib. 3. cap. 6. n.° 12. ... ex quibus omnibus.

Unde etiam ... rejiciendus est Caiet. vir alioquin doctissimus in summa vbo clerici & ... ubi affirmat clericos n deferentes habitum, & tonsuram, artes mercenarias, aliaque off.a secularia exercentes, laboraque frequentantes contra precepta eccles. secluso contemptu, & scandalo n peccare mortaliter, quantum ex precepto iuris positivi pendet. Item idem Caiet. vbo ieiunium § quo ad quartum, existimans quantum est ex iure scripto n esse peccatum mortale frangere ieiunia eccles. si desit contemptus, nec se audere aliud affirmare, cum nullibi sciat scriptum esse tale preceptum obligans ad mortale n ieiunantem. Hinc contra Caiet. sententiam communis Theologi, & Canonistæ tenentes preceptum ieiunij ita obligare, ut quicumque absque legitima causa n ieiunaverit peccet mortaliter. Azor. 1. tomo moralium lib. 7. cap. 2. q.e 2. & ex communi Gabriel in 4 dist.e 16. q.e 3. art. 1. notabili 3. Paludanus & alij ibid. Abbas in rubrica de observat.e ieiuniorum n.° 11. Archidiaconus in cap. Viring 76 dist.e Cobb. 4. Vas. cap. 20 n.° 10. ad probandum ex cap. n licet 7. cap. n oportet de consecrat.e dist.e 3. cap. 4. de consecrat.e dist.e 4. Clem. 2.da ex ... de Vb. Sig. & Sayrus d n.° 12. ubi in hanc ... expendit canonem 69 Apostolorum ubi iubetur clericus huiusmodi ieiunia frangentes deponi, & laicus excommunicari. Deinde Gangrensis can. 19. & Toletanum 8 can. 9. ubi ieiunia violantes absque necessitate excommunicat, alijsque pœnis afficiuntur; Unde liquet eos ex vigore precepti ecclesiastici

a senta

16

Improbatur Caietanus

obligari in conscientia & sub mortali. Fagundez in praecepta eccl.ae praecepto 4. lib. 1. cap. 3 n.o 6. Greg. de Val.a tomo 2. disp. 7. q. 5. p.o 6. § 3. & alii ex hoc.

19 R.o ad fundam.ta sent.e Gersonij. Quibus resolutis atque explicatis iam facile occurri ad fundamenta sententiae Gersonis & sequatium indicatis supra n.o 5. Inprimis enim 1.o fundamento dicendo ex diffinitione peccati tradita ab Aug. R.o inde colligi peccatum sit dictum, factum, et concupitum contra legem Dei in forma posse factum contra legem hominum, ut sic non esse peccatum, nam cum vis legis humanae obligandi subditos in conscientia proveniat, & nitatur lege aeterna, atque divina praecipientibus obediendum esse praepositis nostris, & sublimioribus potestatibus humanis, ut supra ostendimus. Inde est transgressores legis humanae violare virtualiter & consequenter legem divinam. Licet enim humana lex praecipiat, aut prohibeat quae alioquin lex divina non prohibuerat. vide Ferdin. de Castro d. tract. 3 disp. 1. p.o 4. n.o 3 ad 2.m Montesinos disp. 23. q. 5. n.o 81. ad 1.m V.o R.o ad confirmationem eius de primi fundamenti ex Math. d. cap. 19. is qui non servat legis humanae iustas, non ideo servat omnia mandata Dei; ideircoque transgressores eorum incurrere possunt damnationem, et privari aeterna vita. Uba enim illa de cap. 19. intelliguntur de omnibus legitimis mandatis, tam divinis quam humanis, ut ibidem expositores animadvertunt. Denique ad exemplum medici R.o valde esse dissimile casui nostro; nam medicus nullam habet potestatem iurisdictionis in infirmum, sed tantum habet munus magistri, atque doctoris, attendentis quid infirmo ad sanitatem expediat. In principibus autem humanis est potestas praecipiendi & ferendi leges, atque ita, non solum se habent ut magistri atque D.D. sed tanquam ut Reges, praepositi, atque praelati.

20 R.o ad secundum. Fundam.to V.o 2.o supra n.o 6. proposito R.o dicendo quod quamvis verum sit forum conscientiae esse forum Dei, & solius Dei esse obligare in conscientia sub poena peccati, maxime mortalis, tamen humani praelati, et principes ecclesiastici, et saeculares possunt subditos legibus suis obligare in conscientiae foro, non alia authoritate propria, sed authoritate ipsius Dei, quae hoc illis tanquam ministris commissa, atque per eos est acceptata iuxta illud Pauli ad Rom. cap. 13. non est potestas nisi a Deo, & ibi: qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ibidem: Dei enim minister est, nec est inconveniens, quod inferior obliget in foro conscientiae, quoniam potestate sibi a primo et superiori data operatur tanquam eius minister, tunc enim superior vult, ut illi obediant. iuxta illud Math. cap. 10. qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.

21 proponitur quaedam instantia. Quod si adhuc insistes dicendo humanas leges non posse obligare ad actus pure internos, quia est non subdunt humano iuris-

nori iuri ditioni; q° nequiverunt obligare sub mortali, nec ad penam eternam. Res-
pondeo humanum legislatorem non posse cognoscere actus internos, nec directe ad illos
obligare, precipiendo, et prohibendo, nec illos punire, q[uia] sunt insensibiles, et qui
cognosci nequeunt: qui per operam sensibilia precipiuntur, ideo Deus actus pure inter-
nos ab humani legislatoris dictis et iudicio exemit, sibique soli reservavit corda intueri
et perscrutari. 1 Reg. cap. 17. n. 7. Nihilominus legislator humanus legem po-
nere potest, que in conscientia obliget ad culpam et penam eternam, ita ut Deus conscien-
tiam violantes transgressores punire, q[uod] ipse legislator iudicare valeat, sicut a-
mo legem tulit in materia gravi et in conscientia obligavit, nemini requirit, q[uod] ipsa
pena sit sub potestate legislatoris proximi, sed sufficit q[uod] media rei, aut ex genere Dei instituto
supposita sequatur obligatio ad talem penam ut ostendat Montesinos dq. 5. n. 29 =

Tertio fundamento 22

R. ad Tertium.

R. obligare, et remittere non esse parem necessaria et absolute [illegible], nam unusquisque
potest se obligare, et tamen non potest obligatus sibi auferre, q[uod] maxime currit, q[uia] obligatio
non nihil dicitur, [illegible] procedit aliunde, ut videtur in obligatione legis humane.
[illegible] obligatio [illegible] a potestate legislatoris proximi [illegible]
ex iustitie [illegible] Dei. Non tamen negamus q[uod] in legibus proprie respectu legislatoris po-
sit habere [illegible] proposito [illegible] legis [illegible] po-
test et auferre, q[uod] [illegible] voluntas [illegible] ponendo, et auferendo leges
[illegible] pars, atque ita, sicut humanus legislator potest ponere obligationes in conscientia ferendo
legem, ita etiam obligationes auferre tollendo legem, aut in illa dispensando, q[uod] procedit
ante transgressionem ipsam: nam dicta transgressio legis, vel pena in foro conscientie commissa
a solo Deo remitti valet, cuius [illegible], et legi eterne repugnans, q[uod] diversi,
imo altioris ordinis est, quam sit potestas legislatoris humani, notant Suar. lib.
3. de leg. cap. 11 n. 6. [illegible] tract. [illegible] 10. sect. 1. n. 9 ad [illegible] =

Ad confirmationem 23

Solutio ad confirmationem tertii fundamenti.

tertii fundamenti. R. ex premissis dictis [illegible] Montesinos, et aliis [illegible]
dicendo posse aliquem legislatorem obligare ad penam, quam nequit per se ipsum infli-
gere. Nam infligendo per superiorem legislatorem, sicut inter homines potest Princeps
delegare potestatem condendi leges obligantes ad penas temporales, etiam ad penam mor-
tis, ita tamen executio talis pene non fiat per delegatum, sed reservata supremo Prin-
cipi in republ. atque ideo legislator humanus ex potestate sibi a Deo commissa potest
suis legibus obligare ad peccatum mortale, ac per consequens ad penam eternam, nam
Deus est qui proprie illam infligere convincitur =

Cadem animadverte R. ad ultimum fundamentum 24

R. ad ultimum.

quamvis tamen propositiones contraditae sint generaliter verae; non tamen procedit legitima sequentia, neque inferior legislator, v. g. vicarius & alius ditione propria imponere nequeat poenam, quae non habetur in sua potestate, bene tamen potest in virtute superioris, ut nuper dicebamus, quod etiam contingerit quando rex statuisset poenam aliquam arbitrio in fligendam contra eos, qui legem & praecepta ipsius ministrorum transgrederentur. Ita cum D. Thoma 1. 2ae q. 96. art. 4. ad 3. tradunt DD. ibidem, & Suarez disp. 97. disputat. 3 sectione 3. n. 26

at tertius

TERTIÆ NOSTRÆ TRACTATIONIS PARS SECUNDA.

Quæ, & quando lex humana obliget in consciencia ad culpam, & unde dignoscatur?

1

Manet ex superioribus firma & inconcussa sententia, quae habet legem humanam potestatem obligandi in foro conscientiae ad culpam aliquando mortalem, aliquando venialem. Caeterum quia compertum sit humanas leges non semper vi ipsa adstringere conscientias, nec semper sub mortali peccato, ut notat Soto lib. 1. de iustitia q. 6. art. 4. operae pretium erit signa tradere, quo dignoscamus quando lex humana obliget in conscientia. Inquam igitur omnibus variis sententiis, & explicandi modis, ad duo reducenda censeo, nempe ad materiam legibus contentam & intentionem legislatoris.

2

De materia legis.

Quoad 1. Materia rei, vel peccati, seu praecepti per legem debet esse gravis, ut tantae obligationis inductiva censeatur, ut colligitur ex cap. 1. ubi glossa verbo ordinamus de testamentis: glossa verbo ordinamus in Clem. 1. de testibus. glossa

in cap.

in cap. rogo. 11 q. 3. neq. si leuis sit & exigua materia, non potest legis violatio letalis esse, quia nisi legis lator velet, ut qui non parit committat actuale peccatum, ergo. Verum 25. dist. Ex quibus. Cuius ibi sequuntur Graec. & Docet Soto in relect. de secreto membro. 2. q. 1. Valent. 2. Malder in cap. ult. n. 13. de poenitentia dist. 5. P. Aug. Mala d. q. 7. n. 16. inde deficientes Caiet. ad D. Thomam 1a 2ae q. 69. art. 2. existimantes, mendacium in re leui ab aliquo coram superiori, non videri esse mortale peccatum, sicuti iuramentum in re leui contra postulatum facit transgressorem reum periurii.

Sane grauitas, vel leuitas materiae metiri potest ex ratione quae re forte ad modernior. communi, sicuti si fame vigente, eo magis locupletibus annona abundantibus, lex ferat praecipiens, ut ciues, qui abunde suppetit annona, vendant iusto pretio, ne populus fame pereat, tunc enim materia legis huiusmodi reputabitur grauis; sicuti qui lege cauetur, ne medium iacente peste absint a oppidis, & cum hoste premente velo ciuitati caueti per legem ne arma, vel qui a prouincia extrahant. item cum lex fertur de his, quae ad iustitiam, pietatem, & religionem fouendam atque seruandam, ut docent Abbas in cap. clerici off. de vita & honest. clericorum, Ioannes Andreas in cap. relatum, ne clerici, vel monachi, legis enim natura non nade, ex alteris circumstantiis expectanda est, ut notat Medina 1a 2ae q. 96. art. 4 ad 2m. Salas disp. 10. sect. 6. Suarez lib. 3. cap. 7. n. 4. neque interdum accidit, ut quod praecipitur, & prohibetur leue sit materiale, & quod relatum ad communitatis pacem, & disciplinae seruandae atque scandalum cauendum graue sit. 3 Consideratur ratione communi.

Ex qua ratione recte Paulus Laim. in tract. de leg. cap. 14. n. 2. defendit consuetudinem ducum militum, qui furta exigua, propter militarem disciplinam grauiter prohibitum morti supplicio afficientium, nec non consuetudinem multorum magistratuum seuere summe punientium eos, qui arma prohibita in ciuitatibus deferunt quod procedit ad iustificationem poenarum pragmaticae sanctionis hispaniae, de los pistoletes anno 1613. promulgatae, ceterum quoad quae attinet ad forum conscientiae videas Diana tract. 10. resolut. 26. & quae nos infra dicimus. 4 resolutio ex praedicta doctrina.

Merito deducit Greg. de Val. d. p. 6. § 2. vers. tertio colligitur, deceptos non nullos existimantes non posse praelatos ecclesiasticos (quantumcumque velint) obligare subditos sub peccato mortali, ut seruent silentium hoc, vel illo tempore, vel ut faciant aliquid, quod ex genere suo non sit magni momenti, nec fieri potest, quod circumstantia addat huiusmodi materiis grauitatem, ut recte considerat Caiet. in summa verbo praeceptum. Th. Sanchez in praecepta decalogi lib. 1. cap. 4. n. 3. & 4. Valentia ... quare licet verum sit deficiente grauitate materiae ex suo genere, vel per accidens attentis circumstantiis non posse superiorem ad mortale obligare debet tamen certum & indubitanter constare leuem undequaque esse materiam, ut iudicemus

preceptum quod alias ex verborum tenore ad mortale obligaret, ut bene probat Sanchez d. nº 3.

5 De intentione legis latoris.

Quoad 2m signum obligationis legalis, quod est intentio legislatoris; dicimus legislatoris intentum declarare debere eius grauitatem materiae ad inducendam, et imponendam mortalem culpam transgressori, nam si legislator eius legis licet etc. materia grauis existenti non nisi obligationem leuem, nempe sub veniali culpa imponere velit, non obligabit amplius, neque actus agentium non operantur ultra eorum intentum. vide textus in l. nemus ff. si certum petat. cap. ult. de postul. cum traditis ab Ant. Fabro in iuris prudentia tit. 4 prin. 6. tenent ita Panormitanus magis de iuris iurandi nº 2 de restitut. Butrius ibidem n. fin. Castro de lege penali lib. 1 cap. 5. Salas disp. 10 sect. 7. Suar. Sayrus Laim. et alij ubi praxime Sanchez plures referens, in praecepta decalogi lib. 6 cap. 4 nº 25. ubi hanc sententiam defendens respondet fundamentis aliorum doctorum, qui asserebant non esse in potestate legislatoris posito praecepto distinguere differentiam obligationis sub mortali et veniali.

6 Verba legis consideranda.

Ad colligendam vero huiusmodi legislatoris intentum, alias clare non constantem, consideranda sunt verba, quae in legis tenore vtitur. Quaedam enim sunt verba communia, quae per se obligationem grauem non inducunt, sicuti decerno, statuo, ordino; Nec illa quae magis consilij, exhortationis, et dispositionis signum significant, quam praeceptum, ut hortamur, monemus et similia. Alias in rub. de obseruat. ieiuniorum prope finem. Azor tomo 1 moralium lib. 5 cap. 6 q. 5. Saa in summa verbo lex nº 6. Marta de iuris dict. cap. 65 n. 11. quaedam verba quae praeceptum continent, ut praecipimus, imperamus, iubemus, mandamus, prohibemus, teneantur, et alia et quae potentiae sunt verbo, de mora, in Clem. pastoralis de re iudicata. Clem. final. verbo iubemus de censibus 69. Archidiaconus in cap. introduxit n. 2 dist. 32. Butrius ubi supra et Sanchez d. lib. 6 cap. 4 nº 30. quod verbis materiae grauitas subsit, obligare solent sub mortali: ad textus in clem. exiui § ex quibus verbis declaramus de V. S. maxime si addatur, et praecipi in virtute sanctae obedientiae. Clem. eludendum de religiosis domibus, aut sub obtestatione diuini iudicij. Clem. 1 de immunitate ecclesiarum, aut virtute praestiti iuramenti, aut sub poena maledictionis aeternae, et sub poena indignationis Dei, aut sub indignatione Apostolorum Petri et Pauli, ut contingit frequenter in legibus et mandatis Pontificum, et superiorum regularium et iudicum ecclesiasticorum, ut explicant patres nuper laudati. Molina de iustitia 2 tomo disp. 344 ad finem et alij apud Bordon. de casto. d. lib. 15 n. 4. quod si ambigua verba sint, ita ut ex illis non appareat an dictum tantum, aut simplicem viuendi ordinationem an vero praeceptum continent, qualia sunt verba oportet, debet, caueant etc. tunc inspicienda erit materiae grauitas et adiectio poenae, aliaeque circunstantiae

praecipue

praecipue, &c.

Poenae autem additio in ciuilibus spiritualibus si sit grauis, veluti excommunicationis maioris latae sententiae, praecedens induuit in transgressore letale[?] 7 De additione excommunicationis latae.
pg. Suar. de leg. lib. 4. cap. 17. nº 4. Salas eodem tract. disp. 10. sect. 9. & alij, quos refert & sequitur Bonac. disp. 1. de leg. q. 7. § 2. nº 30. quod si excommunicatio non sit lata, sed ferenda. Verius existimo non satis esse ad inducendam obligationem sub mortali, quia non omnino intenditur praemissa excommunicationis existentia, sed minatio ferendae, ita cum Enriquez in summa lib. 13 de excommunicatione cap. 17. § 2. Alf. de Castro lib. 1. de lege poenali cap. 5. documento 4. Ferdin. de Castro d. p. 13. nº 3. Sanchez, & alij communiter, etiam in instituentibus de legibus imponentibus poenam suspensionis, interdicti, & irregularitatis. Itaque negatiua pars communior & probabilior est. ut ait Lugo de Iust. & alios, notat Diana d. tract. 10. resolut. 21. Certum quod transgressori praecepti imposita est poena minoris excommunicationis non videtur signum obligationis sub mortali, nisi aliunde constiterit, ut bene tradit Vazquez 1. 2. q. 96. art. 4. disp. 158. nº 4.

Verum cum de sola temporali poena legum 8 De obligatione legis poenalis transgressoribus imposita. Difficilis disputatio est, an ita obliget ad obseruantiam ut eius obligatio sit culpa mortalis, quae grauitate materiae. Negant Iason in § item si quis postulante nº 72. instit. de actionibus. Matth. & Lanus singulari 78. Nau. in man. cap. 23. nº 55. Villalobos in summa tomo 1. tract. 2. dub. 22. nº 2. Affirmant autem Silvester verbo gabella 8. q. 8. § 22. Soto lib. 1. de iust. q. 6. art. 5. Azor ubi supra q. 4. Emanuel Rodriguez 1 tomo regul. q. 6 art. 7. Suar. Salas, & alij nouiores. Sed non nulli DD. distinguunt inter leges mere poenales, quae nihil expresse statuunt praeter poenam, veluti si dicatur, qui arma portauerint subeant talem poenam, alio modo, ut in l. 1. C. de mendicantibus validis lib. 10. & leges poenales mixtas, quae aliquid prohibent & simul poenam infligunt, veluti si dicatur iubemus, aut prohibemus ne quis arma portet sub tali poena. & 1. contendunt legem non obligare ad culpam grauem, sed solum ad poenam subeundam, arg. huius in l. 1. ff. de effractoribus. 2º vero etiam ad culpam grauem propter indicium intentionis legislatoris. ita Lessius in 2. peccatis 2. 2. § 5. nº 2. Cordub. in reg. S. Francisci cap. 10. q. 3. p. 3. Vazquez ubi supra disp. 159. cap. 2. & 3. Castro, Angelus, Armilla, & alij summistae, quos refert & sequitur Sanchez in summa lib. 6. cap. 4. nº 60. Quorum sententiae libenter adhaereo. nam in legibus mere poenalibus non vtitur legislator verbis praecepti, aut prohibitionis, & ideo non inducunt obligationem in conscientia ad obseruantiam, nisi aliunde constet de voluntate legislatoris, sicuti alias contingit in voto poenali. At vero in legibus Tradita vera sententia.

mixtis extant ultra poenam etiam praeceptiua, quae denotant intentionem Principis obligare volentis, nec enim appositio poenae demonstrat contrariam intentionem, quin potius eniixe volentis prohibendi, & culpam interueniente cum poena apponat. ut docet D. Th. 1. 2. q. 102. art. 4.

9 explicatur sententia. Quo tertia distinguentium sententia si vera & sequenda sit, tamen, ut exacte explicita temperanda est, & limitanda. Primo quoad primum membrum, quod sit, quod lege mere poenali stinctum fuerit interdictum alia lege naturali, aut humana, canonica, aut ciuili obligante ad culpam, tunc enim lex poenalis non tollit praeceptum illius legis obligantis, quae animaduersio utilis erit ad leges tributorum & alias. hae enim leges statuunt simul tributum Principibus iure diuino & naturali debitum, ad eorum sustentationem. 2° limitatur quod, quando materia valde utilis reipublicae foret, nam tunc lex illa indicaret directam intentionem legislatoris, & interpretatiuam eam, qui poenam legem mere poenali apposuit, ut videatur loco ubi citato. Alterum vero membrum limitandum uel restringendum quod lex poenalis mixta, in graue delictum, mutilationem membrorum, aut infamiae poenam imposuerit. Si leuiorem aliam, tunc quidem huius modi lex leuem etiam obligationem obseruantiae imponere censetur, quin imo casu, quo poenam imponeret grauem, si ex circumstantiis aliis ad minorem adiici sentiremus, idem dicendum erit, post Suar. Salas & alios videatur Bonac. d. 1. q. 4. n° 29.

10 De consuetudine & hominum iudicio. Circa, quid dicendum sit dubium in his omnibus, seu in differentibus, ne quidem expressam materiam, & adiectam poenam aliquid obstare an legis lator ad culpam leuem, uel grauem obligare intendat. Respondeo recurrendum esse ad id, quod consuetudine, & prouidentia hominum persuaserit, nam consuetudo est optima legum interpres. l. cum de interpretat. l. minime ff. de leg. cap. cum dilectus de consuetudine. Paulus Laym. de cap. 19. n° 9. Sed si in ex his consuetudo ex qua tale iudicium desumi valeat, probabilius existimo nullam ex ea lege obligationem oriri in conscientia saltem de mortali, nam cum legis lator potuerit sufficienter intentionem suam obligandi declarare, & non fecerit, praesumptio est non habere talem intentionem, cum praesumptio benignior & subditis fauorabilior est, ac [illegible] sequenda, post [illegible] Th. Sanchez. Suar. Azor. Bonac. Fagnan. & alios, qui [illegible] obiicientes & obseruantes in hoc casu intelligendum esse textum Nab. [illegible] n° 26.

11 an dubium deponere possint subditi? Caeterum si attentis praedictis regulis & adhibita etiam debita diligentia dubium perseueret. an scilicet sub mortali, uel veniali lex obliget, potuerunt subditi dubium deponere & sustinere existimando legem obligare tantum sub veniali. arg. text. in l. [illegible] ff. de reg. iur. cap. in obscuris. de reg. iur. in 6. Deinde nam sicut in poenis benignior pars

accipienda est.

benignior pars eligenti dact. cap. in pl̃nis eodẽ tit. lib. 6. ita et eg. in alijs. Ulterius qui in dub. melior est Ɔditio possidentis, scilicet libertatis. Sane in dub. nulla est probata potestas obligandi sub mortali. Quibus et alijs rationibus ita tenent Suar. de leg. lib. 3. de leg. cap. 15. n.º 10. ad fin. Nab. de cap. 23. n.º 50. Sayrus in claui regia lib. 3. cap. 7. n.º 29. Sanchez d. lib. 6. cap. 4. n.º 66. Bonac. d. § 4. n.º 31. Antoninus Diana d. tract. 10. resolut. 29. et ita tenendum existimo, quidquid alij doctissimi Viri d. Caruz censeant, quorũ sententiã posset procedere, q.do quis in deposito dubio operaturus esset.

12
An obligent leges cũ periculo vitæ?

Quibus explicitis ex potest. legis humanæ obligandi in Ɔscientiæ foro, oportet disquirere, vtrũ huius modi potestas obligandi Ɔscientia tanta sit, vt etiã cũ dispendio vitæ subditos adstringere valeat. In qua re tres diuersæ sunt Doctorũ opiniones. 1.a asserit obligare posse etiã cũ mortis periculo, quã tenent Ostiensis, Abbas, Ancaranus, et alij iuris professores ordinarij in cap. sacris de his, quæ vi, per illũ text. ubi aperte docetur non excusari eũ, qui cũ excomunicato sermonẽ Ɔmercium habuerit, quocumq̃, etiã graui, intrauenienti metu, cuius doctrinæ ratio tradita ibidẽ, q. nullo metu nullo modo mittendũ est peccatũ mortale. Preterea etiã sententia fuit, q. Princeps, aut res p.ca potest aliquid iubere etiã si in eo adimplendo sit periculũ mortis, sicut in dies, vt patet in militaribus et aliis præceptis, quo cũ tali periculo obligat milites fatentur DD. Pret. fuit q. aliqui sunt gradus Ɔsanguinitatis sola humana lege prohibiti, ut in aperto est, et tradunt DD. in cap. non debet de consang. et affinit. et tamẽ si quis sine legitima dispensatione in huiusmodi gradibus Ɔtraheret, mortis timore, non teneretur contra Ɔiugali procedendũ, peccatũ mortale Ɔmitteret. Ɔsequens q. est humanas leges in Ɔscientia obligantes, obligare cũ mortis periculo.

a firmatiua sent.a

13
Negatiua sent.a

2.a opinio Ɔtraria eorũ, qui asserunt leges humanas minime obligare in Ɔscientia cũ tanto periculo, amplectitur Sylb. in summa verbo excomunicatio 9. q. 14. et aliqui iuris interpretes, et communiter a Theologis, quos refert, et sequitur Azor. tomo. 3. moral. lib. 1. cap. 11. q. 1. Ɔsuadetur 1.o nã si quis extremæ famis necess.e laboraret, posset alios quoscumque etiã in tã homines excomunicatos, vno si excomunicatis tanta inedia premeretur, possent ceteri eidẽ ministrare alimenta, ne periret, ut tradunt DD. per tex. ibi in cap. si quis propter necessit. de furtis. 2.o nã si quis occulto excomunicationis vinculo teneretur, et esset occulte irregularitatis affectus, posset tuta Ɔscientia semel, aut iterum missæ sacrificium facere, ut manifestum, et probabile, aut notabilis infamiæ periculũ euitare posset, ut scribit Nab. in man. cap. 27. n.º 289. 3.o nã præcepta obseruandi ieiunia, et dies sacros, et festos, non habent vim obligandi in instanti mortis periculo, et adimplendi cũ tanta difficult.e cap. Ɔsilij. de obseruat.e

uat. iejunia. Quippe, q. valde impossibile est, moraliter impossibile. l. 3. ff. de Statulib. Ad impossibile autem nemo adstringitur per legem. cap. exit autem. 4. dist. cap. nemo. de reg. iuris in 6.

14 Concordia opinionum. Hæ diversæ Doctorum sententiæ, quæ aliquibus Varie iudicanda parent, nisi fallor ad concordiam reduci, dicendo Verum quidem esse leges humanas obligare posse aliquando ad actum, cui sit periculum mortis annexum, ut 1.a continet sententia, non regulariter cum tanto periculo obligare, imo nec cum periculo amissionis membri, honoris, aut cum magna bonorum iactura, ut ex secundo fundamento suadetur. Primum asserti declaratur observandum est quotiescumque ex legis, aut præcepti humani observantia maius reip. incommodum exponatur, aut ex illius neglectu maius incommodum timeretur, quam sit imminens periculum Vitæ alicuius, aut famæ, aut bonorum amittendorum, tunc aequum, et iustum est legem cum tali periculo obligare, atque ita poterit superior exponere periculo singulares pro communi bono statum, alias enim non produceretur efficacia communitati, ut notat Soto lib. 1. de iust. q. 6. art. 4. Suar. d. lib. 3. cap. 30. assert. 2. Vazquez 1. 2. disp. 161. cap. 2. Lorca disp. 23. Laiman. d. cap. 14. n. 5. Sayrus, et alij novissime; procedit quamvis ante illud præceptum legis humanæ nullus esset qui speciali obligatione ad actum non posita illius assignatione obligatus, ut docet Cobo in cap. Alma mater 1. p. §. 3. n. 9. de sententia excommunicationis. Ea propter Princeps obligare poterit milites, ut pugnent, et dux belli imperare illis, ut statum servent cum periculo Vitæ, et R. P. præcipere sacerdoti, ut simili periculo Christi fidem paganis prædicet, et Episcopus præcipere parocho, ut in parrochia sua maneat, ministretque Sacramenta tempore pestis.

15 Casus, quibus non obligat cum periculo Vitæ. Idem est observandum, quotiescumque legis positivæ transgressio cederet in detrimentum fidei, aut religionis, aut in contemptum legislatricis potestatis servanda lex erit cum dispendio Vitæ, aut alterius gravis nocumenti, Veluti si communicatio cum excommunicato, aut Violatio ieiunij, aut festorum ecclesiasticorum tenderet in detrimentum religionis Christianæ aut in detrimentum ecclesiasticæ potestatis, sicuti insinuat d. cap. sacris. Cuius decisio accipienda est in prædicto casu cum Covarr. in summa lib. 13. cap. 23. §. 4. quamvis alij DD. illam intelligant, si communicatio est in crimine ipso, talis quando metus illatus gravis non est. Videndus Val. disp. 7. q. 6. §. 4. nec non exemplis, atque rationibus 2.a in 1.a opinione relatis, et tradita a D. Aug. in cap. sanctus 32. q. 4. ubi docet Sanctus esse fame mori, quam Idolothitis Vesci, quorum abstinentia lege ecclesiastica præcipitur Actuum Apostolorum cap. 15. Vers. 19. Unde plerique in honorem animadvertunt factum Hermenegildi, qui potius mortem subire Voluit, quam Eucharistiam ab heretico sumere. cap. superveniente 1. q. 1. cap. fin. 2. q. 1. et quod legitur

2. Machab.

Machabeor. cap. 6. ubi cum Eleazar cogeretur in odium legis comedere carnes porcinas, elegit potius mortem quam comittere. Contra vero Machabaei ubi supra lib. 1. cap. 2. pugnarunt in Sabbato, ut se ab inimicis defenderent, quia timor necat [illegible] in odium legis. Vel etiam quod quis gravi morbo [illegible] habere, eum sanguinem si ranita [illegible] quantum in se est [illegible], et nihil aliud obstet, nec in [illegible] faciat, licite hoc est sine peccato [illegible], non tamen licite [illegible] ante impetratam a Pont. dispensationem, nisi tunc esset in mortis [illegible] Sanchez lib. 7. de matr. disp. 5. n. 9. Salas disp. 11. sect. 1. n. 9. Quibus resolutis facile patet responsio ad utriusque opinionis fundamenta quae DD. sigillatim enervare contendunt.

Quod excipi solet a Doctoribus diligenter distinguendum. 16 De lege Carthusianorum.

Utrum Carthusianorum praeceptum de abstinentia a carnibus obliget illos etiam cum dispendio vitae, ita ut in eo periculo possint tuta conscientia a carnibus abstinere. Et quamvis [illegible] in [illegible] n. 26. teneat posse tunc Carthusianos a carnibus abstinere. Verius tamen existimo illius ordinis religiosum in vitae periculo constitutum si non habeat alios cibos, ita ut carnes sint necessariae [illegible] vitae, posse, imo debere illas comedere, nisi peccare velit, ut docent [illegible] 1. Vasq. cap. 2. n. 1. Azor tomo 1. moral. lib. 5. cap. 6. q. 7. Salas disp. 11. sect. 2. n. 23. et 27. Laiman cap. 19. n. 11. adeo, ut si tunc a carnibus abstineret peccaret mortaliter, ut recte notat Iacobus Maior in 4. dist. 36. [illegible] disp. 162. cap. 4. licet Suarius [illegible] Lessius [illegible] dub. 2. n. 12. et ratio est, quia lex naturalis dictat vitam alimento servandam, contra quam facit qui in eo casu non vescitur, quo alium illi non suppetit quo sustentetur. Nam si quis non pasceret proximum ex tunc indigentem, ideo censetur illum occidere. l. necare 4. ff. de lib. agnosc. l. 5. C. ad l. Aquil. ergo si quis non pascat seipsum extreme indigentem, eo occidit seipsum, quod est gravius peccatum. 17 De eodem.

[illegible] Carthusiano [illegible] graviter aegrotanti alii cibi suppeterent, quibus vita conservari posset, tunc [illegible] Victoria ubi supra n. 20. dicentem Carthusianos posse obligari abstinere ab esu carnium. Quia laudabilis illius ordinis consuetudinem ita [illegible] interpretantur, et ratio est, quia cum alii possunt habere cibi quibus vita conservetur, non est carnium esus medium absolute necessarium ad vitam servandam, sed ad prorogandam. Diutius autem vitam prorogare delicatiori vivendi modo nemo tenetur, imo nec licite facere potest, et se obligare ad illud, ex quo sequitur abbreviatio vitae (dummodo hoc non per se intendat) alias enim non esset licitum ieiunare, nec diebus festis vacare, pietatis opera exercere [illegible], qualia exercent religiosi ex suo vitae instituto, et maiori virtutis bono, ex quo probabiliter sequitur abbreviatio vitae. Quibus et aliis rationibus [illegible]

& dilligenter explicant, atq; defendunt Salas, & alij ubi s. Lorca d. disp. 23. § 4. Araujo q. 94. disp. 2. sect. 3. dificult. 2. in qua huc se inclinat Montesinos d. disp. 23. q. 10. an. 175. ubi existimat, nec enim probabiliter, quod adhuc stante predicta sententia & consuetudine religionis statuto eius in te gravitante, & in conscientia obligante posset sine peccato Carthusianos in predicto casu necessitatis extreme ob non esum carnis, quamvis alios cibos habeat comedere carnes seclusso scandalo, & contemptu. Id ad illam esum non teneri, quamvis medici periti testarentur vitam eius pendere a comestione carnis, & ex consequenti ait, nec peccare ministros carnes illi apponentes, sicut neque ad id obligentur, id possent ex statuto religionis obligari, ne data lege, aut occasio relaxandi regulam.

48
Debet esse iusta & rationabilis.

Utrumque pro exacta legalis obligationis [illegible] cognitione meminisse oportet legem humanam, ut rigorosius effectus obligandi in conscientia producat debere esse iustam, & rationabilem, alias enim non obligabit in conscientia, nec lex erit, nec legis nomen merebitur. cap. erit autem lex. 4. dist. ubi notant DD. cap. iulianus 94. cap. qui resistit. 97. 11. q. 3. cap. quae contra mores. 8. dist. Aug. lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. ubi scribit iniustas leges non esse proprie leges, Bart. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. Greg. lopez in l. 16. tit. 1. p. 1. Molina de iust. tract. 5. disp. 73. Iniustitia autem legis multis ex causis considerari valet, scilicet ex parte materiae, ex parte finis, ex parte agentis, hoc est legem ferentis, ex parte formae, ut tradunt post alios Suar. lib. 1. de leg. cap. 9. Bonacina eodem tract. 8. q. 1. p. 7. § 3. post alios Ferdin. de Castro ubi s. p. 14. n. 7. qui omnes iniustitiam legis, aut praeceptorum ad tria capita reducunt, aut enim provenit ex parte rei praeceptae, aut ex parte legis latoris, aut ex parte subditorum. atq; ideo de singulis his capitibus breviter dicemus.

49
Lex iniusta, an & quo obliget in conscientia?

Ex parte rei praeceptae lex iniusta est, veluti cum praecipit aliquid rationi, & equitati, & bonis moribus contrarium, procul dubio non obligat in conscientia, quia esset obligatio ad peccandum contra legem naturalem, aut divinam, quibus derogandum non est. Legibus enim non est parendum si tales sunt, ut absque culpa etiam veniali servari nequeant, atq; in illis locum habet quod legitur actuum Apostolorum cap. 5. obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Coeterum quando lex iniusta est ex parte legislatoris, veluti quando in eo non fuerit potestas legis ferendae, certum etiam est, non obligare; nam deficit legis fundamentum, quod est fieri ab eo, qui publicam potestatem habeat gubernandi, obligandi, atq; coercendi communitatem, seu ab eo qui supremum iuris dictionem, id est cuius dominium in communitate obtinet, qua ut legis praeceptiva valeat, quid faciendum, vel non faciendum sit, ut latius probavimus s. in

n̄ra

nostra 1.a tractatione.

Cum autem lex excede subditos iniusta fuerit scilicet in malitia, vel utique deficit in ea ratio, ob quam lex, aut preceptum subditis imponeretur. Resolvunt DD. omnium non obligare illos in conscientia, quod doctrina magnopere prodest ad [illegible] de obligatione legis, quod fundatur in presumptione, cum ipsi rei veritas cum presumptione non conveniat, nulli quoque lex obligabit in conscientia, neque tunc presumptio cedit veritati. ac idcirco in cap. super hoc de renunciatione docent in terminis Silb. verbo lex n. 9. Nab. in man. cap. 17. n.o 24. et cap. 23. n.o 62. Abb. in cap. cum esses. n. 9. de testis Azor 1.a p. lib. 5. cap. 6. q. 4. Sayrus in clavi regia lib. 3. cap. 7. n.o 8. Suar. alios referens lib. 4. cap. 23. a n. 1. et lib. 3. cap. 27. Salas disp. 10. sect. 4. Vazquez 1.a 2.ae disp. 163. cap. 2. et 3. Basil. de Leon lib. 5. cap. 5. n. 6. Greg. de Val. et alii relati a Bonac. disp. 1. q. 3 n.o 1. et 10. Diana resolutionum moralium 1. p. tract. 10 de lege resolut. 25 et 26 =

20 De lege mali iniusta.

De lege in presumptione fundata

Verum tamen circa hanc in parte, quae difficillima sane est, plures considerantur casus, quibus deficit presumptio et finis legis, et nihilominus obligat lex in conscientia. Quapropter pro vera cognitione dictorum et aliorum, praeque huius modi casus sunt definiendi, an [illegible] laborant DD. tam Theologi, quam iuris periti, et [illegible] distinguere videntur, qui distinguunt duplicem legis presumptionem. Alia quae fundatur in aliquo facto, seu delicto, alia vero, quae fundatur in periculo illius, et ut in multis dicunt, alia sit presumptio iuris de eo quod dicit actu singulari, alia autem de communiter in illo contingentibus, ergo et quidem lex aut preceptum imponitur ob presumptionem alicuius facti, seu delicti, haec et ideo presumptio iuris adest de aliquo singulari casu, tunc si presumptio non conveniat veritati cessat obligatio legis. Cum in contra procedit, et accipienda est communis sententia non procedenti tradita. Doctrinis legem in iustam excedere subditos vel ubi quo falsa presumptione fundatur non obligare in conscientia, et tribuit, neque tunc totaliter cessat adequatus finis legis, seu precepti, a quo requirens debet lex ipsa cessare, et quamvis superior quod veritatem ignorat, in istis in exequenda lege, adhuc subditus non erit obligatus obedire in conscientia, neque lex illa, non in veritate sed in presumptione fundata =

21 Casus quibus deficit presumptio.

Unde infero deduci heredem, qui non confecit inventarium non teneri in foro conscientiae solvere legata, nec debita defuncti, quae excedunt vires hereditarias, non obstante decisione legis fin. C. de iure deliberandi, nam presumptio delicti, seu facti occultationis bonorum defuncti, in qua illa fundatur deficit in hoc casu. ut bene considerat ita tenentque Sayrus lib. 3. [illegible] cap. 7. n.o 7. Suar. de lib. 3. cap. 23. n.o 9. Nab. [illegible] lib. 3. cap. 4. dub. 9. n.o 137. Sanchez in summa lib. 4. cap. 16. n.o 37. Bonac. Diana et-

22 De herede non faciente inventarium.

alijs; quibus addo Socin. cons. 214. Valencia 1. Cobb. in cap. 1. dicti n. 10. Ceuallos in practicis q. 31. n. fin. Man tam de uiris dict. casu 75. n. 6. quorum sententia Vera et sequenda est, quidquid Reginaldus, Molina, et alij Moraries [illegible] sentiunt.

Secundo de-

23 De matrimonio [illegible] cum impedimento.

ducitur, quod sicuti [illegible] matrimonium cum impedimento dirimente, et [illegible] impedimentum ignorante cogatur [illegible] reddere debitum [illegible], non tenetur imo nec potest obedire, ut probatur in cap. tua nos cap. si quis de sponsal. cap. [illegible] de sententia excommunic., nec [illegible] praesumptio valoris matrimonij, qua [illegible] super [illegible] probatione.

24 Decisio quod [illegible] non obligat in conscientia.

Tertio deducitur, quod [illegible] Trid. sess. 25. de regul. cap. 19. [illegible] audientiam professi, qui transacto quinquennio reclamare volunt, et allegare nullitatem professionis, non adstringere eum, qui inualide professus non ratificauit professionem, nam illa decisio fundatur praesumptione ratificationis professionis, cessante ea decisio non remanet religiosus in foro conscientiae, arg. tex. in cap. 2. cap. de vidua de regular. ita Nau. lib. 3. [illegible] de regular. consil. 23. n. 6. [illegible] n. 6. et 7. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 37. n. 9. Stephanus Grat. disceptationum forens. tomo 3. cap. 413. n. 3. et n. 12. [illegible] late prosequitur, et [illegible] animaduertit non teneri in conscientia ratificare suam professionem, etiamsi [illegible] fuerit [illegible] [illegible] cum [illegible] scandalo.

25 De quadam bulla Sixti Quinti.

Quarto deducitur bulla Romani Pontificis Sixti Quinti de anno 1587. anullantis professionem [illegible] omnibus prius in [illegible] facta non fuerit, [illegible] illius constitutionis [illegible] non obligare in conscientia [illegible] eum, qui professionem emisit absque tali praeuia cognitione, dummodo in [illegible] non patiatur defectus, [illegible] inquirendis [illegible]. Cum per legislatorem illius constitutionis [illegible] fuit [illegible] quod multi criminosi, suspecti, aere alieno, et rationibus reddendis obligati, qui [illegible] in saeculo viuere non poterant, ad religiones confugiebant, et [illegible] habitu professionem emittebant; idcirco eos ipsos ad religiones inhabiles declarauit, et Praelatis absque inquisitione eos admittentibus poenas indixit. Ergo dicta decreta ad professionis anullationem fundatur praesumptione, ut [illegible] contra satis apparet, praesumptione cessante, et [illegible] qui professus est, non patitur illos defectus, manebit adstrictus et obligatus religioni, ut tenet Ludouicus Vega in responsionibus casuum conscientiae [illegible] casu 12. Emanuel [illegible] quaest. regul. q. 54. art. 4. Antoninus Diana [illegible] 27. Quorum sententiam veram existimo quamuis contraria non careat probabilitate attentis [illegible] productae bullae Sixti Quinti, quae postea Clemens 8. moderatus est circa valorem professionis. tametsi

quoad

quoad poenas recipientis illorum reliquerit, ut videat Sanchez in praecepta decalogi. lib. 4 cap. 19 n. 21.

Quinto ex dictis deduci potest, quod si quis privatus fuerit officiis, muneribus, et honoribus, eo quod descendat a patre criminoso, et damnati per falsos testes, si per confessionem ipsius patris, qui metu mortis, aut timore tormentorum crimen confessus fuit, et filius dicit veritatis in contrarium, poterit in conscientiae foro uti officiis et muneribus, et exercere acta legitima illis competentia, quod sententia illa fuit, quasi quaedam particularis lex, quae fundamentum habuit in praesumptione veloci in hoc singulari casu, atque ideo ea deficiente corruit eius conscientiae obligatio; ut videt Basil. de matr. 5 de matrimonio cap. 5 n. 10. Emanuel Rod. tomo 1 regul. q. 67. art. 3. ex dictis. 26 De privato falsis probationibus.

At vero quando lex fundatur in praesumptione fraudis, ut in plurimis contingentis, et in periculo illius, tunc quidem et si legis praesumptio cesset in materia casu, quod tamen generaliter et absolute cessat in intentio legislatoris, vis et obligatio non solum in foro exteriori, sed etiam in conscientiae foro. Castro. lib. 1 de lege poenali. cap. 5. documento 3. et alii supra laudati. 27 De lege fundata in periculo fraudis.

Unde infertur 1o contractus minoris et pupilli, et ad donationem uxoris factam marito, atque ad alienationem bonorum ecclesiae sine solemnitate requisita, et ad alios actus prohibitos a iure, eo quod absque solemnitatibus iuris gesti sint, iudicante habere periculum fraudis, tunc enim cum prohibeantur et annullentur ob vitandum huiusmodi periculum, non tenent in foro conscientiae, licet fraus cesset in aliquo casu, nec ex natura rei periculum adesset. 28 De donatione uxorum et contractu caeteris.

2o infertur matrimonium clandestinum, quod sine parrocho et testibus prohibentur, et irritantur a Concilio Trid. sess. 24 de reformatione cap. 1 ad evitandos dolos, et incommoda, quae maiora ex illis matrimoniis oriuntur, esse etiam irrita et inefficacia in foro conscientiae, quamvis in aliquo casu videatur quis contrahere sine fraude et damno, quod ratio inductiva, et praesumptio, qua fundatur illud decretum de fraudis prohibendae finem tempore [illegible] atque ideo non potest cessare in foro conscientiae. Contra est alia matrimonia, quae propter omissionem denunciationum solent nuncupari clandestina, cum mandatum Concilii praecepit, quod licet regulariter sint mortalia, qui illis praemissis, nec legitime dispensatis, contrahunt matrimonium, et parrochus illi assistens, ut post decretum cap. fin. de clandestina desponsatione statuit Trid. sess. 24 cap. 1 de reform. ibi: praecepit sancta synodus etc. videat Sanchez lib. 3 de matrimonio disp. 5 n. 6. Aug. Barb. de potest. episcopi allegat. 32 n. 2. tamen in articulo mortis sine spe copia ordinarii, ut dispenset, et in mora etiam magnum aliquod 29 De prohibitione matrimonii clandestini.

periculum, veluti ni filij maneant illegitimi, & femina inhonorata, poterit licite in utroque foro absque denunciationibus mat. celebrare, perinde ac si dispensatio illas praecederet, ut bene resolvit Sanchez. de matr. lib. 3. disp. 10. n.º 26. cum seqq. Gutierrez. eodem tract. cap. 57. n.º 5. Barbosa n.º 53.

30 De praecepto Praelati. 3.º infertur praecepta religiosis imposita, quibus ob obedientiam virt. prohibent ingressum in cellas aliorum ob vitanda aliqua incommoda, sive pericula obligare, etiam si quis certo sciat se non ingredi cum gratia, cuius vitandi causa praeceptum, sive lex fuerat imposita, atque ideo nihilominus ingredientes peccare, neque lex illa non fundata in praesumptione in modo, t[illegible] alicuius singularis casus, de quo in pluribus praesumens, & agnoscens esse incommoda, quas periculosas generaliter intendit evitare, ideirco que nulla adhuc viget praeceptio [illegible] & obligatio eius.

31 De test.º minus solemni. Ad hanc obligationem legis humanae in praesumptione fundatae pertinet etiam nobilis alia & vexata quaestio de valore test.i minus solemnis, sive de obligatione eius in foro conscientiae. Pro cuius resolutione dissentientes sunt DD. illam pertractantes, alij enim negant minus solemne test.m obligationem inducere in foro conscientiae, etiam factum alio, qui capax erat disponendi. Alij vero firmant huiusmodi test.i vigore posse haereditatem retineri, & legata, atque fideicommissa in eo scripta praestari. Et utraque sententia plures, & validissimos habet assertores, atque gravissima fundamenta, & quamvis negativa sententia probabilissima quidem sit, potest tamen probabilior esse ultima opinio affirmativa, scilicet obligationem naturalem inducere, si aliquid de de volunt.e deliberata defuncti, & perinde non obstitisse quominus solemnit.es adhiberentur, nam leges humanae, quae solemnitates requirunt in testamentis aliisque ultimis dispositionibus illas decernunt inutiles, ad hoc, scilicet, ut test.a minus solemnia fidem non faciant in iudicio, & ad hoc, ut ex illis aliquid peti, aut exigi non valeat. l. 2. & l. ult. C. de test.is l. 3 Tauri ibi no valga, ni faga fee, non vero ut tollerent ab huiusmodi test.is naturalem, seu moralem obligationem adimplendi voluntatem defuncti, ut mihi probat text. in l. fin. ff. de aud. cap. Cuius auctoritate & alijs multis fundamentis hanc sent. tenent Abbas, & alij magis plures. de immunit.e eccles. Medina de restitut.e q.e 23. Sylb. in summa. Soto de haereditas. 3. q.e 7. Molina, Tuleu, Clavig, Mantica, Lessius, & alij relati a Sala, de leg. disp.ta 10. sect. 4. n.º 21. & disp. 16. sect. 12. in princ. Bonac. de matr. disp. 3. p.to 3. n.º 5. sequitur etiam Basilius Legionensis. & lib. 5. de matr. cap. 5. n.º 13. Antonin. Diana resolut.e 27. in fine.

32 Chocolatia. Huic resolutioni consequens est haeredem ab intestato, cui sibi

persuadit

persuadit, aut merito persuadere debet testatoris voluntatem esse illam, quod tenetur in minus solemni testamento teneri ex obligatione naturali restituere hereditatem, et solvere legata aut facere quod possit iuxta qualitatem dubii cum herede, vel legatario; Item heredem scriptum, seu cuius aliquid relictum fuit in testamento minus solemni posse uti occulta compensatione, vel eam clam surripere, quando eam alia ratione recuperare non valet ut docent plerique ex Doctoribus nuper a nobis laudatis. Et hoc de hac secunda parte tractationis nostrae tertiae, ad laudem omnipotentis Dei.

TRACTATIO 4

DE LEGE POENALI. AN & quatenus obliget ad poenam in foro conscienciae. pro explicatione aliquorum iurium in nostro decreto, & extra illud.

Aliquae legem mere poenalem, quae nihil expresse statuit, praeter poenam, aliquo poenalem mixtam, quae aliquid prohibet, aut praecipit, et simul poenam infligit. ostendimus in tractatu 3. n° 7. et 6. ubi cum communi Doctorum placito resolvimus, quod huiusmodi leges obligent ad culpam in foro conscientiae. Nunc autem operae pretium duximus, an legum poenalium violatores ita in foro conscientiae ligentur, ut ad poenam earum, cuius sunt capaces teneantur absque ulla iudicis sententia, aut declaratione? Cuius inspectio adeo utilis est, ut Alfonsus de Castro (vir sane doctissimus) propter materiae tantum gravitatem duos libros ediderit de lege poenali. Cumque Theologi, atque Iurisperiti eiusmodi resolutionem diligenter laboraverint. Ex quorum scriptis hunc tractatum breviter confecimus.

1 Proponitur quaestio status.

2
Negativa senta.

In qua q.e diversæ inveniunt sent.e 1.a Doctorum negantium posse legis latorem humanum obligare in conscientia subditos delinquentes ad prestandum, seu exequendum pænam ante sententiam iudicis. ita Soto lib. 1. de iustit. q. 6. art. 6. & lib. 4. q. 6. art. 3. excepta pæna excommunicationis, & aliarum censurarum post sententiam, quo ad id pr. suadere potest, ex eo q. contra iustitiam est aliquem non auditum, & convictum condemnari prius, quam audiatur. cap. 1. de cau. possessionis. ubi R.us P.x scribit nec ipsum posse contra inauditam partem aliquid definire: l. eius, qui delatorem. ibi: Verum oportet prius cognoscere, & de crimine pronunciare ff. de iure fisci. At si quis obligaretur ante sententiam iam tunc censeretur damnatus inauditus, nec iudicis, atq. sic taceret contra iustitiam [illegible] excederet omnem potestatem. Deinde non cogere ad observantiam legis est officium iudicis. l. congruit. ubi notant DD. ff. de off.o de off. præsidis. obligare autem reum, ut ipse exequatur officium iudicis & q. sibi infligat [illegible] & coactum, videtur contra naturam. arg. [illegible] l. Princeps ff. de leg. ubi DD. ergo similiter contra naturam est obligare reum, ut ipse in se exequatur pænam [illegible] fiat [illegible]. Ulterius suadetur ex celebri doctrina D. Chrisostomi, relata a Grat. in cap. quis aliquando [illegible]. n. tibi dico desperitas. dist. 1. ibi: n. tibi dico, ut te prodas in publicum, nec apud alios accuses. ubi docemur, q. nullus tenetur se ipsum prodere, aut infamare: q. n. teneretur exequi pænam contra se ipsum, & fisco tradere, aliis ipse se ipsum absq. indiciis, [illegible] infamaretur. Denique, nam ut elleganter ab Isidoro traditum est, in cap. erit, autem lex. 4 dist.e leges humanæ debent esse faciles, & tollerabiles, ita ut regulariter ab hominibus observari valeant, n. enim præcipiendum est, q. pauci possunt efficere, sed exequi pænam ante iudicis sententiam est valde difficile, q. moraliter loquendo pauci adimplebunt. ergo n. est mat.a accomodata legi humanæ. Quo ad secundum v. pr. scilicet quo ad censuras privat ante dictam sententiam. Sotus & sequaces, ex eo, q. certa pæna censuras privat fideles quibusdam bonis communibus, q. fieri potest quoticumque ex parte illorum defectus causa fuerit, nullo expectato eorum consensu, aut aliqua interveniente actione præter ipsam sententiam legis. sicuti potest (inquit Sotus) lex non admittere ad usum divitiarum de bonis suis. cum, qui hanc, vel condit non habuerit absq. interveniente sententia iudiciales, sed ipso facto.

3
Displicet plerisq.

Sed hæc sententia quamvis a multis sequuta sit displicet tamen aliis existimantibus eam minime probari saltem prodictis rationibus & fundamentis, nam quo 1.o & 2.o loci retullimus & similes aliæ procedunt respectu condemnationis, & iudicis sententiæ, illis q. commo

dantur.

danda. nam cum quis per legem pœnalem ipso facto obligatur, nequaquam damnatur
in foro exteriori, sed in foro conscientiæ, atque ideo in illo dumtaxat debet accu-
sari, audiri, atque convinci, hoc autem modo contingit eum, qui sibi conscius est delicti
contra legem commissi in sua conscientia accusari, ac audiri si aliquam habet excusationem
& demum convinci. quod hoc rationabilius apparet, ut constat ex D. Paulo ad Rom.
cap. 2. ibi: testimonium reddente illis conscientia ipsorum. & inter se invicem cogi-
tationibus accusantibus, aut etiam defendentibus: quod non concedo. nam ut tunc quis
in conscientia obligetur ante externam pronunciationem iudicis, & per consequens nec
inconveniens ut in foro interiori idem iudex & reus, seu agens & patiens ma-
xime cum lex ipsa in omnibus casibus conscientia gerat vices iudicis & agentis.
Deinde nec licet regulariter iudex cogat ad regulæ observantiam tamen
legislator etiam potest adhibere aliquam coactionem, præsertim pro his casibus
pro quibus viderit officium iudicis non sufficere. Nec magis convincit præ-
dictam sententiam tertium fundamentum de doctrina Chrisostomi, nam recte potest quis
teneri ad solutionem pœnæ in foro conscientiæ absque eo quod se infamet, ut infra vide-
bimus. Neque denique resultat leges humanas aliquin esse intolerabiles
ut superavit contra humanam, eum certum sit posse humanum legislatorem obli-
gare in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, si id apertis verbis expresserit. imo
secundum moralem æstimationem tolerabilius est sicut sollicitudine constat per se proprio
qui excommunicari, aut voce activa privari. & nihilominus ad istas & alias
pœnas homo obligatur ante sententiam ut fatentur fere omnes DD. quo insistendum
non est in legis pœnalis rigore & intolerabilitate, quod autem doctor excipit de
pœnis excommunicationis, & censuras diminuta etiam vera cum pœna ir-
regularitatis per legem humanam posita incurratur ante sententiam ut dice-
mus infra, & tamen non est excommunicatio ante sententiam necessaria. cap. cum quæ-
renti. de verb. signif.

Quare succedit alia superiori contraria, quæ habet in
distincte legem humanam posse obligare in conscientia transgressores ante
sententiam iudicis ad omnem pœnam quantumcumque gravem exequendam etiam si actum
ipsius rei requirat. illa tamen actione accepta, quæ maliciam intrinsecam in-
dicaret, si ab ipso met delinquente exerceretur, veluti occidere, vel mutilare
se ipsum. ita Sylb. Tholos. Cordoba lib. 1. late Alf. de Castro de leg. pœnali
lib. 2. per totum, maxime cap. 4. §. 6. & 10. & lib. 2. de iusta hæreticorum punit.
cap. 6. ubi resolvunt legem obligare posse ad quamcumque pœnam etiam gra-
vissimam, qualis est omnium bonorum amissio, & teneri delinquentem omnia
ea

Affirmativa sententia. 4

ca fisco traddere ante sent.am declaratoriã. Ex quo satis colligitur generalis regula ĩ proposita, pro extinguo ad pœnã n corporalis. Tenent atq sequuntur Abbas, Felinus, et alii in cap. 1 de constitut. relat atq sequitur Fragos. lus in l. si unquam. Ubo revertatur n.º 191. C. de revocandis donat. et alii plures relati etiã a Sayro in thesauro Casuũ conscientiæ lib. 3 cap. 9 n.º 29. in quã p.s se inclinat Salas de legibus disp. sect. 2 n.º 25. post glã. Ubo corpore in cap. quaniã de elect. in 6. glã. Ubo uisto in cap. omissa eod. tit. in 6. glã ult.a in clement. multorũ. Separatiã.

5 cuiꝰ fundamta. Pro qua sent.a faciũt fundamenta superiori rã impugnatiuniã ex Castro et aliis adducta, et diligenter examinata à Salas et Molina et de lege q. 9. post Alf. de Castro d. lib. 2. et procedunt q.d sicuti iudex potest reum condemnare ad aliquã pœnã, et reus tenetur illã soluere in foro conscientiæ, ita etiã lex potest condemnare ad pœnã, quæ solui debeat attento conscientiæ foro, q.d lex n minoris est authoritatis, quam iudex, atq ideo quemadmodũ certũ est legislatorẽ posse facere legem, per quã præcipiat aliquid sub pœna peccati mortalis, poterit etiã condere legem, quæ sub pœna peccati mortalis præcipiat reo reddere pœnã aliquã. Deinde, nã sicut homo potest se ipsũ obligare ad pœnã in foro conscientiæ soluendã absq aliqua iudicis sent.a, ita certe et legislator ecclesiasticus, et ciuilis poterit obligare hominẽ ad pœnas in ferendas, q.d plus potest superior erga inferiorẽ, quã inferior erga seipsum.

6 Displicet etiam. Sed et illa fundamenta à Castro, et aliis adducta refutanta sigilatim à Simancas de catholicis institutionibus tit. 9. ex n.º 192. Suar. et Molina ubi s.a considerantes demũ, id q.d Alfonsus de Castro dicit de reo, q.d se teneatur expoliare bonis in conscientia nec uerũ, nec ferendũ esse, tum q.a scrutator contrariũ ostendit, nec ullus uir, aut saltem doctus obligabit huiusmodi delinquentes ad se expoliandũ proprijs bonis, priusquam condemnetur. Item etiã q.a hoc n præcipit Rom. Pont. in cap. cum secundũ leges de hæreticis in 6. ut infra uidebimus. Cuius præcipue decissione mouentur Castro, et sequaces.

7 Fortia sententia distinguens. Quapropter fortia alia inualescit sent.a eorũ, qui adhibita distinct.e rem explicant, distinguentes inter legem humanã infligentem pœnam, quæ nullã postulat executionẽ, sed in sola priuatione consistit, ueluti in suspensione pœnæ priuatiõnis uocis actiuæ, excommunicatio, atq inter legẽ imponentem pœnã, quæ requirat executionẽ aliquã, qualis est solutio pecuniæ

Et quid

& quid simile, dicunt pœnam prioris ita posse per legem infligi, ut nullâ transgressor expectata iudicis sententia obligatus maneat ad illam seruandam, secus vero posterioris pœnæ ad cuius præstationem desideratur quod iudicis pronunciatio sequatur. ita Caiet. quæst. 62. art. 2 ad 2um. Bart. in l. quod pauperius. C. de epis. & clericis Joannes Andreas in cap. 1. de homicidio in 6. Nau. in man. cap. 23. num. 63. & cap. 25. num. 127. Bal. de legibus disp. 7. cap. 5. § 6. q. 3. prope finem. Simancas tit. 9. nº 199. et segg. Azor. 1. tomo cap. 7. q. 1. & 2. noster Araujo 2. 2. q. 97. disputat. 3. sect. 6. difficult. 1. qui dicit hanc sententiam iam in scholis communiter esse receptam.

8 Probatur dubium

Suadetur ex rationibus, quibus 1a & 2a sententia probant earum auctores, & prioris quoad 1um membrum, namque pœna ni requirit executionem, sed solam possessionem decreti legalis transgressionis illam patitur ipso facto, & eidem obligatus manet, atque adeo frustra expectaretur sententia iudicis, ut ostendit inobedientia in legibus pœnalibus excommunicationis, suspensionis, irregularitatis, & interdicti has pœnas imponenti ipso facto incurrendas, quas nemo negauit incurri ante iudicis sententiam in foro conscientiæ, & externo, ut in cap. prœpositus. cap. super hoc. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. cap. quæ situm. de cohabitat. clericorum. Trid. ses. 25. de reformat. cap. 19. & alibi passim. Quoad 2um vero membrum distinctionis suadetur etiam prædicta sententia, nam pœna, quæ postulat executionem consistit in sola passione, seu patientia dependente à iudice, quo ex vi huiusmodi legis pœnalis nullus obligari valet, nisi ut patiatur pœnam inflictam à iudice per eius sententiam, et nemo iure possit, aut debeat sui esse vindex, aut executor pœnæ in se ipsum nec talis censeatur legislatoris intentio, maxime in pœnalibus grauibus, arg. l. nimis graue 7. C. de testibus. & quæ sapiunt atrocitatem =

9

Quæ tamen sententia tam quo ad 1um, quam quo ad 2um vera est & plausibilior, tametsi aliquas patiatur exceptiones, seu limitationes in quibusdam casibus, propter speciales rationes à Doctoribus traditas, ob quas nimium prædicta generalis regula vera reputatur, quas ut singulatim discutiemus. Videndum nunc est, an quando quis per legem pœnalem, & statutum Vniversitatis, aut collegij priuatur ipso facto voce actiua, & passiua, teneatur in conscientia hanc pœnam subire ante iudicis sententiam. In quo casu negatiue resoluit Soto. lib. 1. de iustitia q. 6. art. 6. & lib. 4. q. 6. art. 3. Lidesma in 4. 2. p. q. 1. art. 2. nº 3. Azor. d. lib. 5 cap. 7. q. 3. Granados infra referendus. Inde dicendum est Scholasticum qui ob aliquod crimen, aut ambitum

in cathedram, priuata iure ferendi suffragium, posse elligere atque suffragium ferre nisi iudicis sententia fuisset secuta.

20
Fundamenta negatiuae Sententiae.

Mouentur 1º quia haec poena quodammodo priuat rebus suis viribus proprijs & per consequens non debet afficere ante iudicis sententiam. aliter atque poena excommunicationis quae idio ante declarationem iudicis incurritur, quia priuat bonis communibus. ut Soto considerat. 2º quia plures sunt leges & statuta huius modi, quae sententiam ferendam indicant potius quam latam, ut in statutis nostrae Vniuersitatis titulo 33. § 30. oponiendoselo, y constando dello. Sed contra statuta circa hanc rem poenam priuationis voti actiui & passiui censentur similes maioris efficatiae: quia ea requirunt, quod transgressores sint accusati, conuicti, atque condemnati de delicto, ut tales poenas patiantur. 3º ex iure dictae statutis consuetudine diuturna approuante dominus rector Vniuersitatis petit prius iuramentum ab scholasticis suffragaturis, quo iurent se non fuisse transgressores talia statuta, & solos eos remouet a suffragando, qui aut propria confessione aut testibus conuincuntur: ergo illi, qui nec confessi, nec conuicti fuerint de violatione statuti non sunt repellendi, prout de facto non repelluntur. Consequens itaque est in foro conscientiae non esse inhabiles ante sententiam saltim declaratoriam criminis & inhabilitatis. 4º denique, quia ut diximus ex D. Chrisostomo cuius verba stant in d. cap. qui aliquando est. de poenitentia distinctione 1. nullus tenetur se prodere, atque in scholasticus suffragium daturus, & candidatus ad cathedram statuti violator manere inhabiles ipso facto virtute legis: ergo teneretur ante ullam sententiam iudicis se abstinere, tunc utrique censeretur se prodere sibi que infamiam irrogare maxime quando crimen est occultum & iudicio improbabile.

21
Sed quamuis haec resolutio speculatiue & practice sit satis probabilis ex sententia Soti, & aliorum sententia dicatur ab Azoro. tamen probabiliorem, & iuri conformiorem sententiam dicentium huiusmodi leges, & statuta poenalia academiarum & collegiorum obligare in conscientia ante ullam iudicis sententiam, ita ut violator statuti imponentis poenam inhabilitatis ipso facto incurrendam teneatur se abstinere, ab oppositione, non suffragio, & interrogatus a iudice, fructore teneatur similia impedimenta detegere, ne electio fiat contra iustitiam. ita Medina 1ª 2ª q. 96. art. 4. Vide 3. Vazquez disp. 162 cap. 2 nº 12. & cap. 6 nº 42. Salas disp. 15. sect. 2 nº 29. Montesinos disp. 29 q. 2. dub. 7 nº 109. Suarez de leg. disp. lib. 5. cap. 9 nº 5. Corduba lib. 1 q. 36. Ant. Gomez. in l. vlt. Tauri

nº 15.

n.º 15. Araujo d. disp.º 8. sect.ª 6. difficult.ª 3. n.º 24. Laim. tract. 4. cap. 15. n.º 5. Villa Lobos in suma. tomo 1. tract. 2. dub. 25. n.º 4. Bonac. de legibus. disp.º 1. q.ª 1. p.º 7. n.º 9. & 10.

12 Cius fundamenta

Probatur q.º 1.º doctrina a nobis tradita & sideita s. n.º 7. & 8. nq haec pena privationis vocis activae, & passivae consistit in sola privatione, nuspassione & proinde ad eius executionem non indiget actu hominis, q.º obligat in foro conscientiae absque alia declaratione, ut DD. contingere dicunt in cap. ex singula de quibus in b. ibi: ex hinc, eo ipso efficiatur inhabilis ipso iure. ut notant gloss. in cap. 1. de postulat.ª praelatorum. cap. cum inter. 6. de elect.ª cap. postulasti. 7. in quo de clerico excommunicato. cap. q.º de iuris dictionis. de scit.º prohibenda. cap. fin. de excessibus praelatorum. cap. unico. § 1. ne sede vacante. lib. 6. Clem.ª omnes qui de etate & qualit. & in Statuti nro almae Universitatis. tit. 33. § 15. & 17. cum aliis in nova addit. 2.º nq huiusmodi leges & statuta generalia Universitatis, & collegiorum sunt conventionales, cum de crimen tractat, quidquid de illis dici soleat, tamen isti semper obligant transgressores ad subeundam poenam impositam antecedente ad omnem sententiam iudicis. Azor. d. cap. 7. q.ª 3. Talis enim pena se habet tanquam conditio, factum seu qualitas, quia deficiente non momentanea iura & munera communitatis. q.º in foro conscientiae obligant ante iudicis sententiam.

13 Illatio

Unde venit studentem minorem 19 annis completis esse facto ipso inhabilem ad suffragium, ut in § eq. nrae Universitatis cavetur, & similiter oppositores ad Cathedram, qui si non fuerit Licenciatus, aut Saltim bachalaureatus, gradum quinque peractis cursibus non acceperit, ita tamen, ut a tempore susceptionis gradus tres anni praeterierint, tex quo cursus fuerint peracti. iuxta § 324. nouiter decreta. quae inhabilitas non indiget sententia declaratoria, nq est veluti quaedam irregularitas contracta propter aetatem, aut tempus.

14 alia illatio

Inde etiam deducitur obligari in foro conscientiae ante iudicis declarationem alia statuta 17. & 41. edita contra candidatos Cathedrae, qui pecuniis datis, aut commodatis, aut conviviis, aut quavis alia re, per se, aut per alios corruperit suffragatores, & contra istos alias penas. de quibus in § 15. nq expresse his statutis cavetur, quod pena inhabilitatis, & restitutionis fructuum ibidem posita locum habeat ipso facto & obligat in utroque foro ante condemnationem, aut declarationem iudicis ita Salas. Vazquez. & Araujo & alii ubi s.ª –

15 Ad 2.ª ad fundamenta negativae sententiae.

Nec obstant fundamenta negativae sententiae supra propositae n.º 10. nq ad 1.ª R. quidquid sit de iure in legibus

seu statutis imponentibus pœnam inhabilitatis, et privationis Vocis activæ et passivæ, cum ex huiusmodi pœna privari delinquentes bonis, et muneribus a republica, seu communitate acceptis, vel accipiendis, atque ideo potest virtute ipsius legis incurrere, si vitata obvidendantibus sententiam latam, ut supponimus. Ad 2um respondeo negandam consequentiam propositam, cum repugnet omnibus hucusque traditis, et probatis = Nec obstat tertium nam negatur antecedens, nec enim rector petendo illud iuramentum utitur sententia condemnatoria, et declaratoria iuris, sed solum intendit, et merito, removere a suffragio transgressores statutorum, eo quod iam sint antea inhabiles, atque ideo tenentur veritatem dicere: arg. cap. ult. de clandestina desponsat. maxime in habilitationibus ex defectu qualitatis substantialis, prout in his, quæ incurrunt ipso facto in utroque foro, de quo late, et accurate, ut solet, ratiocinatur Suar. de cap. 9. an. 11. Nec denique obstat 4um, nam violatores statuti se abstinendo a suffragando non se produnt, sed legem adimplent, quia coguntur pœnam inhabilitatis, et privationis subire, quod ingrediantur, et se præsentent ad suffragandum; nec imputarent infamiam quam incurrunt ex exceptione, cum possint non ingrediendo, aut si ibi non immiscendo illam evitare, ut videant Suar. et Barbosa ubi proxime Bonae d. §. 2. n. 10. ubi et Severeandus dicit eas pœnas privationis huiusmodi, cum qui illas ipso iure incidit non teneri se privari officio nec voce activa, et passiva quatenus hoc facere nequit sine infamia nota, nam ius ad propriam famam conservandam pendet a iure humano indicenti illam privationem, et cum humana lex tam gravidam non videatur petere dispensationem, aut aliter de remedio caveri =

16 alia inspectio,

Ulterius ad proditam sententiam traditam et sequutam supra n. 7. dubitari contingit an qui irregularitatem incurrit, vel inhabilis efficiatur ad beneficia obtinenda; eaque obtinendos, percipiendosque fructus, ut in foro conscientiæ, et absque iudicis sententia nequeat illos retinere? In quo dubio, et nostra quæstione affirmative sentiunt Covarr. in cap. alma mater. 1. p. §. 7. Nav. in man. cap. 27. n. 251. Enriquez. lib. 14. cap. 2. n. 5. Sayrus plures referens lib. 6. thesauri cap. 2. n. 11. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 34. dub. 22. n. 120. Alda de censuris 7. p. disp. 2. dub. 7. n. 3. [illegible] Villalobos tomo. 1. tract. 2. disp. 2. n. 12. qui moventur, nam irregularitas est pœna, quæ ad exequutionem nullam requirit actum hominis sed passionem. ergo in foro conscientiæ incurritur ipso facto. quam ob rem irregularitati similis esse pœna inhabilitatis, et privationis

Vocis

Voces actiua. Diximus s. n°. 13. inf. atq. adiu inefficaces parere debent. Deinde
mouentur ex cap. 2. de clerico non ordinato ministrante, et ex cap. 2. de clericis pug-
nantibus in duello. cap. Ludy. 54 de elect. cap. ex bonis 2. de aetate et qualit.
quibus priuatur etiam obtenta dispensatione super irregularitate non posse benefic. ob-
tinere sine noua collatione, ideo nec aliud valide recipere de nouo. quam solent
ducere omnium sententiam.

Sed negatiua multis etiam placuit doctoribus statim laudatis. Tamen pro vera resolut. supponimus eum, qui post legitimam collationem beneficij 17 Resolutio quaestionis.
incurrit irregularitatem, non priuari ipso iure beneficio, et dignitate quaecumque illa sit
ut docuit Innocentius in cap. cum vestris de decur. praebendis, et in cap. in tanta
de excessibus praelatorum. Nau. d. n°. 251. et seq. Suar. de Censuris disp. 40. sect.
2. an°. 10. nam talis priuatio non reperitur in iure lata quin potius cautum est quod irre-
gularitate ob homicidium orta non induci priuationem ipso facto, sed mediante sententia eius iis
cita. Tho. priuatur in cap. clericis. ne clerici et monachi. aeque irregularis
fuit interim fratribus suis, ut 2° Villadiego notat Torres de censuris lib. 7.
disp. 58. dub. 2. Caeterum quod irregularitas incurritur ante rescriptum beneficij in ipsi-
ciendum est an remaneat inhabilis omnino ad illud accipiendum, ita ut collatio
facta irregulari sit nullius momenti? et quamuis affirmatiua sententia placuerit
Cobo Couarruu. Sairo, et alijs Doctoribus relatis, et omnimis sit. Tamen Silb. Tho.
ex communicat. 4. n°. 4. Felinus in cap. in quisitionis n°. 6. de accusat. Nicolaus
Plouius de irregularit. n°. 39. et 40. negatiuam tuentur opinionem ex eo quod licet pro-
hibitum sit homicidij taliter irregulari beneficium conferri d. cap. 2. de clericis pug-
nantibus. Trid. sess. 14 cap. 7. de reformat. non tamen decernitur, nec alibi esse nullam
ipso iure collationem, nec id probatur ex cap. 2. de clerico non ordinato, nam non loquitur
de beneficio obtinendo, nec probatur ex cap. 2. de clericis pugnantibus. nec
in d. cap. 2. de elect. nam hoc vera dictarat prohibent, non vero annullant electionem
aditum vel approbatam =

Hoc breuiter dedidimus ex obligatione legis poenalis, cuius exe- 18 Expositio sententiae.
cutio non requirit actum. Caeterum quod poena consistit in actu, tametsi regulariter non ob-
liget in foro conscientiae ante iudicis sententiam, ut s. diximus n°. 7. tamen omnino ne-
ganda est legislatoris potestas, quo possit non velit obligare in conscientia per legem
poenalem ad soluendam poenam ante omnem sententiam iudicis, si aliunde concurrat
aequitas, et poenae sint moderatae, nam cum legislator procul dubio possit suo prae-
cepto obligare non solum ad sustinendam poenam, sed etiam ad aliquid agendum
dum modo poenalis actio licite ab ipso reo exerceri valeat, erit nimis aequa

et in humana poterit similiter hoc ipsum per legem prohiberi pene, ita ut statim obliget absque alia declaratione, quippe nulla diversitatis ratio est inter utrumque casum. Deinde fuit neque 2.am moralem stimatum potius elligere dno certam pecuniae quantitatem solvere, quam privari voce activa et passiva, ad hanc privationem poenam poterit porse lex inducere, ut nuper ostendimus: ergo poterit et illam, etiam si sequenti, et quitas ita Nab. in man. cap. 23. n.o 67. Cobb. de sponsal. 2 p.te cap. 2. §. 3. n.o 10. Suar. d. lib. 5. cap. 5. n. 15. Salas, et abcorellati. d. sect. 2. n. 25. et 40. Vazq. disp. 163. cap. 2. Salcedo in praxi cap. 68. et 136. Bonac. d. p.to 7. § 2. n.o 3. Ferdinand. de Castro tomo. 1. tract. 2. disp. 2 n.o 1. et alij recentiores.

19 Deductio d. munis

Cuidextio optime convenire deliunt DD. q. loquuntur in cap. licet canon. de elect. in 6. ubi recipiens beneficium parrochiale sine sacerdotio, si intra annum non ordinetur sua culpa obligatur in conscientia illud dimittere etiam non expectata senta. iudicis, ut satis constat ex illis verbis; si ille intra tempus promotus non fuerit cetera sibi commissa nulla etiam promissa monitione sit praesenti constitutionis authoritate privatus, et quod dicitur de Epis, qui intra sex menses a confirmatione sua non acceptant, neque privantur ipso iure authoritate legis Episcopalibus adeptis, ut in Trid. s. 23. cap. de reformat. Unde dicunt de beneficiarijs percentibus tempus non residentibus in suis ecclesijs pro rata absentiae fructus non faciunt suos, nec tuta conscientia etiam declarat. iudicis non sequta illos detinere possunt. ut habetur in Trid. s. 23. de reformat. cap. 1. vs. si quis autem. Idemque etiam dicunt, et resolvunt de Beneficiarijs non recitantibus horas canonicas, neque non faciunt fructus suos, et illos tenentur pro rata restituere si acceperint ex Institut., et motu proprio S. Pij 5. edito anno Xpi 1571. incipienti ex proximo Lateranensi. ita Nab. in man. cap. 25. n.o 122. quamvis Steph. de Castro. disp. 2. p.to 2 n.o 7. existimaverit in praedictis casibus et alijs a se congestis iudico subditos adstringi in foro conscientiae ante iudicis sententiam, quia lex ante ea possit obligare ad praestandam poenam, et propterea quod leges istae subditis fuissent latae hoc tamen evasio neutiquam placere potest, neque enim d. iuribus privatur quis in conscientia beneficijs et fructibus iam semel adquisitis vi ut legis poenalis quae vacatur beneficijs inducere potest, et ab ijs privat mediante iudicis senta. aliquo vero solo ipsius legis ministerio, ut constat ex cap. si quis. de praescript. lib. 6. cap. literas. de rest. spol. et notat Montesinos disp. 29. q. 2. n.o 12. et ibi n.o 26. improvat et merito Nab. existimantem poenas d. cap. licet canon. et similibus esse conventionales, et hac de causa obligare in conscientia.

20 Deductio ad cap. 1. de homicidio in 6.

Ulterius deducitur intellectus ad legem ab Innocentio 4. in concilio generali Lugdunensi latam quae stat in cap. 1. de homicidio

micidio. in 6. ubi cavetur, quod quolibet poena, cuiuscumque dignitatis saecularis, aut ecclesiasticae, qui per assasinos interfecerit, aut interfici mandaverit (quamquis mors sequuta non sit) fecerit assasinos receperit, occultaverit, aut defenderit excommunicationis, et depositionis a dignitate honore, officio et beneficio poenas incurrat ipso facto. et quod illa alijs conferantur. Poena enim huius canonis obligat quidem in foro conscientiae ante sententiam iudicis, ut supponit Cordoba d. q. 36. et indicat Nab. d. cap. 23. nº 67. Unde immerito Silb. in summa. Ubo. Assasinus. in quo scribit huiusmodi poenas incurrari ante sententiam iudicis, deceptus levi fundamento; quod textus indicat omitti aliquam declarationem. nam satis sufficienter dicit excommunicat ipso facto, sine sententia. qui xpianos per infideles occidi

21 obiectio contra doctrinam

Sed huic intellectui obstare videtur finalis verba d. cap. i. ibi: postquam constiterit probabilibus argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse nulla alia omnino alia excommunicationis et depositionis, et difamationis adversus illum sententia requiratur: quod requiri ad incurrendam poenam aliqua sententia saltim declaratoria post crimen commissum. Sed non videtur procedere ratio. nam in eo textu non dicitur requiri sententiam aliquam declaratoriam; sed quod probabilibus indicijs constet de crimine, et hoc quidem non desiderari ut delinquens poenam incurrat amissionis beneficij in foro conscientiae, sed hoc, ut in externo foro Episcopus, aliquod alius, ad quem collatio pertineat possit illud conferre. Videlicet quod licet transgressor huius canonicae legis ecclesiastici beneficij absque alia sententia iudicis amittat incurratque alias poenas ibi propositas; attamen ille, ad quem pertinet collatio beneficij non potest illud conferre, nisi prius eidem constiterit probabilibus saltim indicijs de transgressione legis, quod statuit in d. cap. i. de homicidio. ita sane intelligendus sicuti alias, qui emit beneficium simoniace, ipso facto sit in eo privatus illius sed episcopus non potest beneficium alteri conferre, nisi in iudicio illi constiterit de simonia.

22 Deducitur intellectus ad extravagantem Ambitiosae de reb. eccl.

Tertio eadem doctrina deducitur intellectus ad extravagantem ambitiosae de reb. eccl. ubi cavetur quod clericus bona eccl. alienaverit, prout ibi refertur ipso facto privatus existat beneficijs ecclesiasticis, illaque vacent absque declaratione aliqua vacare. Sed licet enim et incurratur in conscientia privatio illa ante ullam iudicis sententiam, et declarationem vacare concedant alienantis beneficia; non autem vacarent, si quibus illa habeant non essent illis privati. Notant Granad q. 2. de lege tract. 3. p. i. disp. i. sect. i. nº 5. et communiter DD. quorum intellectum ex illius canonis et eius censura deduci licet. licet Nab. d. cap. 27. n. 150. dicat illam extravagantem quoad praedictam poenam non esse usu receptam, de qua recepta latius ambobus dictum est. s. tractat. 2. de acceptatione legis humanae nos. et nunc addimus.

Bonacina in tract. de alienat. bonor. eccles. q. unica p. 5. n. 4. pag. mihi 1058 addimus etiam prodire ex extravaganti ad finem decisionis in L. milites. C. de locato & conducto ubi dicitur quod milites, qui res alienas alienaverint eo ipso absque sententia cadant a militia, & sint infames =

23 Intellectus ad cap. Statutum de rescriptis in 6.

4.º deducitur intellectus ad cap. Statutum de rescriptis in 6. § insuper, verum siquidem ubi Pontifex Bonif. 8. praecipit iudicibus delegatis a summo Pontifice ne accipiant nec munera in cibo & potu causa munera liberaliter oblata, & quae intra paucos dies consumi possunt, & si contra fecerint ad restitutionem teneri. Cuius textus verba aperte significant transgressores illius legis teneri ad restitutionem ante iudicis sententiam, nam Pontifex ibi perspicuis verbis declarare videtur talem obligationem indicere voluisse, ut notant DD. ordinarii ibidem & alii ex. Laudatis: quippe quod decernit modi voluntate legislatoris constat, obligat procul dubio in conscientia ante iudicis declarationem [illegible], quod superius resolvimus, & in terminis tenet Molina tomo 1. de iustitia disp. 88. n. 11. & posthumus =

24 Intellectus ad cap. Romana § procuratores de censibus. libro 6.

Quinto deducitur intellectus ad aliam Innocentii 4. constitutionem, quae stat in cap. Romana § procuratores de censibus lib. 6. ubi excommunicant archiepiscopos, qui visitatione provinciae aliquid muneris receperit haec verba subiungit: non possit absolvi quousque restituat, nam ex illis verbis satis colligitur hanc poenam obligare in foro conscientiae ante iudicis sententiam, nam ut DD. communiter fatentur lex poenalis praecipiens quod reus non absolvatur antequam poenam praestiterit excludere censetur sententiam iudicis. Nec ferenda est in hac re disp. de Castro, qui existimabat hanc doctrinam habere locum duntaxat in legibus ecclesiasticis, non autem in civilibus, eo quod civilis potestas non habeat iurisdictionem super spiritualia, nam licet hoc verum sit, tamen recte potest civilis lex obligare in conscientia ad poenam praestandam ante iudicis sententiam, ut probationes. atque adeo in tali casu nullus confessor potest absolvere transgressorem quousque poenam solvat, in qua iure dictio civilis extendatur ad confessores. Sed etiam reus ligatus manet poenam in conscientia solvere, ita Montesinos disp. 24. q. 2. n. 21. quod adiungere potest in terminis legis hispaniae lib. 6. tit. 5. lib. 2 novae recopilat. L. 2 tit. 2 eiusdem lib. quae stant lato de ministro iustitiae accipientes aliquid ultra praescriptam taxam & de quibus Sanchez de sponsal. 2. to. cap. 6. n. 3 & 10. dicit has leges non esse revestitas tantum ad hoc quod est obligare ad poenam, quantum ante declarationem iudicis. tamen verba earundem legum aperte significant sententiam latam, quantum est de se (ut supra fatetur) atque ita possunt civiles leges obligare in conscientia ad poenam praestandam, si talis illis causa & legibus regni & obligat. iudices & ministros munera recipientes videndus est Th. Sanchez tomo 1. consil. lib. 4. cap. un. dub. 1. ubi late & diligenter examinat.

Sexto.

Sexto ex ead. doctrina venit intellectus ad difficilem decisionem textus in cap. cum secundum leges 19. de haereticis in 6. ubi Pontifex Bonifacius 8 meminit quod de criminibus, 25
quibus imponitur poena amissionis omnium bonorum, veluti crimen laesae maiestatis, exportandi merces debitas ad alias provincias, et regna, et mulierum, quae trahit viros eius ratione (quamvis nomine iure fundo. tit. 24. cap. 6 iamsit nullius ipsius mulieri non extrahatur apostolicae rationis) quorum exempla proculdubio ponit, ut decidat haereticorum bona ipso iure confiscata censeri, sed executio confiscationis ipsorum bonorum occupatio fieri non debeat per fiscum antequam sententia super eodem crimine fuerit per legitimum iudicem promulgata. Procuius intelligentia dubitatur a quibusdam doctoribus, an in huiusmodi poena amissionis bonorum, an incurratur ante iudicis sententiam. Sane Alph. de Castro lib. 2. de iusta haereticorum punitione et lib. 2 de lege poenali cap. 10. cum multis iuris peritis asserit haereticos, atque alios criminosos, de quibus in cotextu, ante iudicis sententiam carere dominio et iusta possessione bonorum, ita ut teneantur illa tradere fisco statim post commissum crimen.

Intellectus ad cap. cum secundum legem de haereticis in 6.

Movemtur ex eo, nam cum bonorum dominium amiserint consequens est iniuste illa detinere, ut pote contra voluntatem domini. Deinde, non licet fiscus accipere nequeat possessionem bonorum ante sententiam iudicis, non ideo tamen constat posse haereticos in conscientia retinere et possidere bona, eo quod proiectam rationem quia fiscus ante sententiam suscipit bona ab huiusmodi criminosis, quasi evidentia sint crimina ante sententiam nihil tenetur illis restituere arg. l. quod a quo quaeque ff. de reg. iuris in illis verbis, quod a quoque poenae nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur, quod criminosi non licite possident bona ante sententiam iudicis =

26 *Alia sententia.*

Alij vero DD. in ea sententia sunt, ut existiment huiusmodi criminosos ante sententiam iudicis perdere dominium, non vero possessionem bonorum, ita Caiet. 2a 2ae q. 62 art. 3. Ioannes de Medina de restitutione q. 1. § post iuris divini. Bart. de Medina 1a 2ae q. 96. art. 4. Conradus de contractibus tract. 1 cap. 7. Cordubensis lib. 1. q. 36. et moventur nam respectu amissionis dominij ipso facto videlicet, congruenter decisio in cap. cum secundum leges, cuius potestas imposita est, declaratur resoluta, maxime in poenis existentibus ex privatis, de quorum numero censetur haec privans proprietatem bonorum, respectu vero possessionis [illegible] et dicunt ex eodem textu ubi fiscus prohibetur occupare delinquentis bona ante sententiam iudicis quia ante illam habet delinquens iustam possessionem =

27 *Vera sententia et interpretatio textus.*

Altera vero est haereticos carere dominio, nec licita parte rerum bonorum ante sententiam iudicis, ideoque

posse illa retinere et administrare, immo valide alienare tanquam propria
nec teneri fisco tradere, aut desistere tanquam sui juris auersatores, prodi-
tores, aut vindicem sui, tenent Silb. verbo haeresis 1. q. 8. & verbo pena q. 29.
Angelus verbo pena n. 3. Simancas de catholicis institu. 9. n. 147. Anton. Gomez
Vittoria Suar. Vazquez. Laim. & alij infra ius laudandi, quorum sententia apte
optimeque conuenit cum verbis, & mente legislatoris in d. cap. cum secundum leges, ubi
cauetur bona haeretici a die commissi criminis esse confiscata ipso facto, et est ante
iudicis sententiam; nam hoc nihil aliud est, quam quod ab ipso die bona delinquentis
sint ipso facto obligata, ut reali obligatione constricta, ita ut ad quemcumque pos-
sessorem, quocumque titulo, siue contractus, siue haereditatis, siue legati perueniant,
maneant cum tali onere & obligatione, quae propter sequentem in reum sententiam
condemnatoriam, tunc demum executioni contrahi, & ita a die haeretico facto erant fisco
obligata, simul cum fructibus extantibus, saltem, quibus possessor factus fue-
rit locupletior. arg. l. post contractum. l. donationis in concubinam. § ult. ff. de donat.
l. quisquis § emancipatio. & l. fin. C. ad l. Juliam maiestatis, quibus decernitur
sententiam super his grauioribus, & capitalibus latam fieri quando retrotrahi ad diem
commissi criminis, & executioni fieri perinde ac si tunc lata fuisset sententia, ut no-
tant, & latius explicant Suar. d. lib. 5. de leg. cap. 5. n. 9. Vazquez. 1. 2. disp.
190. cap. 3. Vittoria in relect. de Indijs n. 8. Ant. Gomez. 3. Var. cap. 14.
Laim. alijque referens d. tract. de leg. cap. 15. n. 4. Montesinos disp. 24. q. 3.
n. 49. Lorca disp. 24. membro 2. Th. Sanchez & alij, qui hanc sententiam tenentes
respondent fundamentis contrarijs.

27 Chorolaria. Verum obseruant quod si haeretici resipiscant ante sententiam
iudicis, ita ut propterea illi non sint damnati amissione bonorum, poterunt illa retinere
adeo, ut si fisco illa haud dederunt, non potest fiscus in conscientia recipere illa
bona ante sententiam, ut prohibitum sit illa ante iudicis sententiam occupare. d. cap.
cum secundum leges. de haeret. in 6. & indubie leges poenales non sunt in tantum
[illegible], ut eorum transgressores obligent ad poenam in conscientia percipiendam sol-
uendo, seu actiue exequendo, antequam super crimen sententia secuta sit
Sanchez lib. 2. moral. cap. 22. n. 7. Lessius lib. 2. cap. 29. n. 26. quamuis verius
sit delinquentem in conscientia teneri ad non dilapidanda bona, ut tradit Suar.
d. n. 9. Ceterum cum fiscus debeat restituere pretium possessori illorum bonorum qui
bona fide emerat post commissum crimen a venditore. examinat Simancas de ca-
tholicis institutionibus d. cap. 9. n. 32. cum seqq. Laim. ubi supra Sanchez. d. cap. 22. n.
23. 28. & 30. & 74. cum seqq. & cap. 23. postea ubi late examinat articulum & mag

d. capituli

d. capituli cum secundis leges =

Septimo in fin intellectus ad legem 97 & 98. del quaderno de las alcavalas, qui hodie sunt leges 13. 14. 15. & 16. tit. 19. lib. 9. recopilat. 29 Deleyibus imponentibus gabellas =
quibus cauetur sub certis penis, quod qui exportauerint panes, aut semina, ut vendagia illaque introducant per quasdam ciuitatis portas, vendantque in loco deputato, & quod nequeant intromittere, aut educere intus aliquas merces, itaut de omnibus fiat certus publicanus. Pro quarum praxi, & intelligentia dubitatur apud DD. an qui occultat se aut merces venales eas quod transit sit occulte, teneatur in conscientia restituere hoc tributa, siue vectigalia, & poenas antequam petantur. & licet respectiue poenarum communiter placeat non teneri ad earum prestationem ante sententiam iudicis, cum nulla lege id caueatur expresse, & per grauiores verbis, tamen respectu prestationis, & solutionis gabellae non est concors apud omnes sententia. Nonnulli enim affirmant in conscientia teneri. qui mouentur ex eo, quod l. 120. del quaderno. l. 31. tit. 19. lib. 9. & in vectigalibus, quae vernacula lingua vocantur, portazgos, est l. 7. tit. 11. lib. 6. noua recopillat. tenet Cobb. in reg. peccatus. 20. § 5. n. 3. Alf. de Castro d. lib. 2. de lege poenali cap. 2. circa fin. Nab. in man. cap. 17. n. 200, & si gabellae debitor tenetur ad solutionem ante iudicis sententiam, sicut alius alterius quantitatis debitor, ut probant multi DD. relati a Sanchez lib. 2. consilior. cap. 4. dub. 1. quod multo magis tenebitur venditor, qui se, aut merces fraudulenter occultat, cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinari. alij vero DD. oppositum omnino sentiunt in propositaque quos longum esset recensere =

Nos autem breuiter quod sequitur resoluimus, quasi 30
duabus delusionibus. I. sit illi, qui bona fide sine fraude, & dolo vendunt merces Prima delusio.
suas in absentia publicanorum, seu exactorum, etiamsi ipsi non petunt ab illis hoc tributum, seu gauellam minime tenentur ad restitutionem illius, licet res, quae vendita sit magnae quantitatis, nam ita habet vsus & receptio horum tributorum, & predicta leges 31. tit. 19. lib. 9. recopillat. esset quippe res dura nimis, ut teneretur quis inquirere publicanus, ut illi traderet vectigalia, ut docent Arrendario, in dictionario vbo. alcauala. Palacios in suma. vbo. vectigal. Soto de iustitia lib. 4. q. 6 art. 4. vs. dubbio autem. Ledes ma in 4. p. 2. q. 18. art. 3. fol. 253. Angeles in a p. q. de restitut. vectigalium. fol. 234. praesertim quam in gauelis. vulgo encauençadas ad quarum prestationem fuerint per scientiam sue pactum obligati ciues. Falcinus populi mercatores. ut recte desiderat Sanchez d. cap. 4. dub. 10. n. 6. = Secunda delusio. Qui abscondite trans portant merces, aut illas non vendunt in 2 delusio
Loco distinato, id occulte ad defraudandum gabellam, tenentur restitutionem facere pro

blicanis, ut illi gabellas solvant, ut colligitur ex d. legibus hispaniis sic intelligendis, quas nuper meminimus, tenent & latius probant Cobb. Angeles, Sanchez. & alij DD. laudati. Medina de restitut. q. 13. ad fin. Ver. & sequitur Menchaca lib. 4. Illustrium frequentium cap. 10. nº 43. & accedit ex rationibus perpensis. Ideoque dicendum est quando publicani mittunt vendentibus, seu vino mittentibus merces, ut dicant sub iuramento quantitatem mercium, seu valorem, licet non teneant iurare, sed satis sit quod dicant, quod videant ipsi quantitatem, & ipsi solvant, si vitam iuraverint, tenentur totam veritatem manifestare, alias peccabunt mortaliter, & manebunt obligati restituere id, in quo publicanos defraudant, ratio est, quia tunc petit ab illis, & cum rigore sit sub iuramento merces, seu valorem manifestare teneantur, sed quod gabella, & alia iusta tributa percipiuntur a publicanis debentur in conscientia, ut omnes agnoscunt: quod & in nostro proposito ut docet Nab. vid. cap. 17. nº 202. Medina de restitut. q. 13. in fine =

31 Ceterum quando publicanus non exigit iuramentum, sed illis committit, ut in conscientia dicant veritatem, si ipsi aliquas merces celaverint probabilius est debere restituere id, in quo ipsum defraudant, nam vere dicitur defraudasse, qui publicano iuxta conscientiam interroganti, falsum petenti iuste fraudem fecit negavellam consequi posset, ita Nab. Medina, Avendaño Sanchez. sed quamvis gravius authores contrarij cauta probabilitas, se oportet valeat ad excusandos eos, qui huiusmodi fecerunt, maxime quando ab illis simpliciter dumtaxat loquelam declarationis mercium exigeret publicanus. qui merces venales non discooperuerit quia tunc non intelligitur intendere totam debitum recipere, sed aliquid condonare fratribus amicitiae, sed quia mercatores vigillam frequentant, unde frequens lucrum publicano accresit, & nulli peralteram viam adsportent =

32 Quaestio practicabilis circa gabellas. Ulterius circa praedicta cum sese offert resolvenda quaestio frequentissima, an scilicet in casu, quo venditor occulte, & secrete fraudulenter vendit merces, & perinde ad restitutionem teneatur gabellae iuxta dictam secundam conclusionem teneatur similiter emptor qui illas secreto emit, nec gabellam retinuit. Affirmativam sententiam absolute tenent non nulli doctissimi viri, propter quod facit 1º. quod occulte emens videtur cooperari iniustitiae venditoris occultantis gabellam; quia ut verus fraudator tenetur illam restituere = 2º facit l. 120. del quaderno, quae est hodie l. 32. tit. 19. lib. 9. recopillat., ubi qui emit merces ab altero, tenetur apud se retinere summam gabellae a venditore debitam, alias ipse venditor tenetur

solvere

solvere debet cum remissit rat.ᵉ pone. Idem fere suo dupli pena statuta in carnificibus ementibus carnes etiam a Rheinis in l. 6. tit. eod. & lib. quamuis etenim quod attinet ad duplum, & remiss. Legis ista panales sint, & prouideant iudicis sent. non obligent, tamen in dispositᵉ soluendi gauellam n. retentam ipso iure obligari censentur ipsiusmet legis authoritᵉ.

Verum enim vero huius modi n. huius Vera existimo, sed tantummodo quando emptor vere cooperatus fraudi, & occultationi gauellae, veluti si diceret venditori, ingredere huc ne videaris a publicano, aut aliis directe curauerit ad occultandum, tunc enim deberet restituere gabellam, quam venditor non soluisset, cum iste ad eam teneretur; Cæterum si circa viscente domi, extorris ingrediatur interrogans eum, num vellit emere ab illo aliquot Bombicis maniculos, etiam si ita agnoscens illum intendere fraudare gabellam & nihilominus maniculos emat, non tenebitur restituere, nam emptor hic nihil operatur ad decept., seu occultat., sed mere passiue se habet; Quippe ille dicitur cooperari, qui eius peccati causa est, aut melius, ut post Sotum notat in praesenti Sanchez. de lib. 2. Siliz. cap. 4. dub. 12. n.º 13. Venditor autem iam motus & paratus ad occultandum veniebat, neque iudicium intrest huius modi emptorem non retinuisse gauellam, ut praecipitur in d. l. 32. hispanae, namque lex illa in vsu recepta non est, ut testatur Sanchez ubi proxime, immo censetur dura: nimis dum intendebat obligare emptorem, ut esset quasi Economus publicani nullo alio recepto stipendio, & fortasis magno cum detrimento illius ex eo dumtaxat, quod nemo vellet illi vendere =

Octauo ex iisdem infertur intellectus ad l. 35. tit. 6. lib. 3 recopillat. ubi cautum penas fiscales Regiæ cameræ, & aliis piis operibus applicatas non esse exigendas ante iudicis sent. condemnatoriam quamuis contraria statuit consuetudo. & ad l. 2. tit. 26. lib. 8. recopillat. ubi statuitur, ne iudices ordinarij penas suis mandatis inditas, nec partem earum sibi aplicent, sed fisco, & operibus piis, & publicis, & etiam istis applicatas non prius exigant, quam senta lata sit, & in rem iudicatam translata habent enim locum etiam in foro conscientiæ, namque cum pena regularis non debeatur in conscientiæ foro ante declarat. iudicis, ut supra diximus consequens est, nec iudicem illam praecipere posse, prius quam lata fuerit senta, imo nec post sentam, si ab ea fuerit appellatum, quippe prouocatio in remedio condemnationi extinguitur pronunciatio. L. 1. § fin. ff. ad Turpilianum. cap. cum inter de appellat. & altem suspendatur attento effectu scilicet futuro euentu

33 Vera resolutio

34 Intellectus ad l. 35. tit. 6. lib. 3 recopillat.

l. finti. 6. §. i. ff. de his, qui notantur infamia. cap. i. de sententia & re iudicata, quas resolutiones, & predictorum legum intellectum reddunt & prosequuntur Aviles in capitulis praetorum. verbo camara. n.º 2. Avendaño de exequendis mandatis lib. i. cap. 48. an.º i. Didacus Perez. in l. 49. tit. para si. lib. 8. ordinamenti. Cetera lata iam sententia, & appellatione iudex super dicta pena sibi debita transigere, illamque recipere. Tum quia dictae leges reprobant transactionem & concordiam super poenis intelligenda quando nulla sententia super ea pena procedit. Tum etiam quia eo casu quo agitur de concordia, & assentitur condemnatus concordiae, & solvere vult videtur consentire condemnationi adversus eum factae, & ita sicut solvendo totam condemnationem vigore sententiae iudex tutus est in utroque foro eodem modo, si mediante concordia solvitur condemnationi pars l. absolutum. C. de iudiciis videndus Avendaño ubi proxime n.º 3.

35 Ex his eisdem deducitur legem poenalem
delictis inducentibus obligationem. tunc demum obligare in conscientia ad praestationem poenae ante declarationem iudicis quando verba legis poenalis continerent sententiam latam, veluti si imponunt poenam ipso facto incurrendam & absque declaratione, & quando adhaeret obligari transgressorem in conscientia, & illum absolvi non posse non soluta poena, & quando ad poenam fictam utuntur verbo praesentis temporis indicativi modi, & aliis dictionibus seu clausulis, quae omnem obligationem excludant, ut colligitur ex his, quae hucusque resolvimus, & late prosequuntur multis regulis ad hoc discernendum propositis Suar. disp. 3. Reginaldus, Azor. Nav. & alii, quos sequitur Araujo q. 9.º 97. disp. 3. sect. 6. difficult. 2.

36 Prot.ª eo loci illationis vires addendum
De poenis conventionalibus & testamentariis censemus principalem doctrinam n.º 7. explicatam & n.º 48. procedere etiam in poenis conventionalibus positis in contractibus ad eorum observationem, quippe huiusmodi poenae, nec attento iure, nec consuetudine solvendae sunt in foro conscientiae non procedente iudicis sententia, ut bene docet Lessius de iustitia cap. 20. dub. 15. n.º 1. 63. Sanchez de matrimonio lib. i. disp. 24. n.º 4. Vazquez 2.ª 2.ª tomo 2. disp. 173. a n.º 2. Item si quando imponuntur non tanquam merae poenae, sed in satisfactionem interesse, aut damni emergentis, tunc enim in foro conscientiae solvendae sunt, etiam ante iudicis sententiam. Sic dicti DD. testantur, idemque regulariter tenendum est in poenis positis per testatorem, qui reliquit aliquid sub conditione certa, quam quidem non adimplente legatario, non sequitur legatum, imo & acceptum tenetur restituere; veluti si foeminae relictum fuerit sub conditione si honeste vivat, & turpiter vitam duxit, ut post alios resolvit Diana de tract. iode

legibus resolut^e 23. ubi cum Granad. Salas. Lesio & alijs dicit probabilem
& valde stabilē opinionem existimantiū eum, qui fuerit causa, ne quis con- a lege n̄ teneri
demnetur ad pœnā iustā impositā a lege teneri restituere, ei, cui applican-
da foret, veluti si fiscus n̄ accusarit, ut iudex n̄ condemnet ad pœnā legi praescrip-
tā, si custodes siluarū ciuitatis n̄ manifestent crimina, propter quod esset
imponenda pœna pecuniaria, si testis, & reus iuridicè interrogatus celauerit
aut negauerit crimen, ex cuius manifestat^e sequeretur condemnatio ad pœnā
& multā. Mouentur ex eo, q̄ pœna illa n̄ debetur in conscientia ante, & delin-
quente ante quā condemnatio secuta sit, q̄ nec ab eo, qui fuerit in causa ne
condemnetur; sed mihi contraria opinio, iudicio meo, probabilior multo vi-
sa est. nā iudex, fiscus, custos, testis, & alij similes, quos sup. meminimus
hi n̄ accusando, condemnando, aut manifestando crimina delinquunt
contra officium, & immediatè, directeque impediunt ne iusta condemnatio sequatur
in fauorē alterius & alij. ita Reginaldus in summa libro 10. n^o 293. Mo-
lina de iustit^a tract. 2. disp^e 95. quam accipio in pœnis pecuniarijs
n̄ arbitrarijs necessario a iudice infligendis, & tamē hijs & alijs reum
ipso facto in conscientiæ foro adstringunt custodes siluarū, & alios simi-
les, ad quorū munus, seu officium ex iustitia n̄ expectat accusare, ut dn̄us
siue ciuitas locupletetur, sed solū curare, ut damna impediantur.

Vndecimo. 37

infertur post sententiā iudicis condemnatoriā teneri reum in conscientia ad praes- De obligat^e soluen-
tationem pœnæ pecuniariæ legitimè sententiâ ipsa indictæ, & indicatæ sal- di post sententiā
tim per declarationē delicti, si tamen sententia remedio appellationis in-
firmari nequeat, ut recte inferunt, & docent Vazquez. de legibus disp^e 173.
Suar. 5. lib. 5. cap. 7. n^o 7. Salas disp^e 15. sect^e 7. n^o 82. & n^o 166. Ferdinandus
de Castro, tract. 3. disp^e 2. p^te 4. Granados, Bonacina, Laiman, & alij infra.
& est communis doctorū sententia, quorū plerique requirunt, ut etiā post sententiam
pœna petatur ab eo, cui soluenda est, ita se habet grauis, & valde communis
doctrina quod dum n̄ petitur potest condemnatus illā retinere, & sufficientem prae-
sumere sibi remitti, aut condonari, & consequenter per triginta annorum
spatium eam praescribere valebit, ut post Thomam Sanchez. Vazquez
Reginaldum, Azorium, & alios viros insignes resoluit Bonac.
5. disp^e 1. de legibus q^e 1. p^to 7. § 2.

38

Sed quaestio est, & quidē grauis, quid dicendum de De obligat^e exequendi
in pœnis corporalibus, an scilicet criminosus post sententiā, qua condemnatus pœnam corporalem.

fuit teneatur in se exequi pœnam, sed solum illam pati? Atque quamvis in hac re Doctores, imo adversa regerianta sententiæ, ut constat ex traditis a Montesinos de leg. disp. 24. q. 5. communior tamen et verior est, quod habet reum non teneri per se executioni mandare sententiam mortis, et mutilationis, et verberationis gravis, et famosæ; aliisque similis pœnæ acerbam, sed tantum obedire, seu non resistere iudici, et ministro exequenti, et ratio est nam bono communi non expedit delinquenti habere obligationem ita graviter imponere ut ipse sui ipsius vindex sit sufficienter enim satisfit bono communi per pœnam debitam pro delicto, si eam ab alio impositam sustineat. Docent Lessius de Iust. 15. cap. 17. ad finem et cap. 20. n. 12. Grafi. 1. p. decisionum lib. 2. cap. 1. n. 40. ac proinde reum non poterit per se ipsum obligari sumere venenum, intrare in flumen, nec ignem, nec abstinere a cibo oblato extremæ necessitatis tempore, quia nunquam hoc necessarium est bono communi, ut ipse sit directe suæ mortis executor, ut tenent Vazquez, Salas, Lessius, Aragon, et alii quos refert et sequitur Ferdinandus de Castro. de p. 4. n. 2. Montesinos. d. disp. 24. q. 5. n. 128. Laiman. cap. 15. n. 8 et 9. Diximus directe executor, nam indirecte poterit, ne legitimæ potestati resistere videatur. atque ideo poterit ascendere scalam, preparare collum ad suspendium aut guttur adaptare. ut considerant Sanchez. Suar. Salas. Sayrus Laimann Bonacina, et alii ubi proxime.

39 Cæterum si pœnæ corporales non sint nimis acerbæ, nec inhumanitatem contineant, poterit huiusmodi reus obligari ad illas actiones, quæ necessariæ sunt, ad pœnas patiendas, seu exequendas et poterit licite in se reus in se exequi illas. Veluti in peregrinationem ieiunare, et privatæ se ipsum moderate flagellare, quæ pœnæ quandoque solent ab Inquisitoribus et aliis iudicibus ecclesiasticis imponi, et superius a prelatis religionum. docent Soto Vazquez. et alii. fatentur communiter DD. post D. Thomam 2a 2ae q. 96. art. 1. ad secundum. Castro de lege pœnali lib. 1. cap. 3. observantes reum a iudice in iudicio condemnari ad agendum nempe in minoribus pœnis, ut pecuniam soluant, aut in carcere cant, in maioribus condemnari ad faciendum Velluti graves pœnas mortis, mutilationis &c.

40 an liceat sit reus fugere.

Denique proœmio de huius tractationis Videndum est Utrum Reo capto licitum sit fugere, sive se vulnerare quod dubium diligenter examinant Theologi, et DD. iurisperiti, apud quos communiter obtinuit ante

iudicij

Montiberos.

iudicis sententiam semper licitum esse reum fugere, nisi promississet, et iurasset se permansurum in carcere. Covar. lib. 1. Vaz. cap. 2. nº 11. Nabarus comentario 4. de regularibus nº. 64. ad 43. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 31 dub. 5. Vazquez. disp. 157. cap. 2. quia ante sententiam nullus reo praeceptum manendi impositum est, atque ideo carcer in hoc casu non se habet per modum pene, sed solum per modum custodie, quare si negligenter custodiatur culpa erit custodum, reus autem iure suam quaerit libertatem. Maior est difficultas, an id etiam procedat post latam sententiam mortis, et mutilationis, et quamvis Ioanes maior Henriquez et alij non improbabiliter negent, tamen multo probabilius plerique affirmant posse reum fugere a carceribus, proprij gravissimi [...] periculi declinandi causa, nam tunc nulla lege tenetur in carcere manere, nec agere quidquid ex quo sequatur mors, sed tantum a iudice illatam mortem pati, et inferenti non resistere = Deinde id suadetur ex celebri decisione Bocii in l. 1. ff. de bonis eorum. qui ante sententiam mortis sibi consciverunt, ubi caveturi iure unicuique sanguinem suum quolibet redimere. ubi in cap. inocens 1. q. 4. tenent Caietanus, Aragon, et alij quos sequitur Covar. et alij Laiman cum recentioribus cap. 15. nº 10. nec quidquid refert quod custodi ex tali fuga damnum immineat, nam id debetur ex culpa negligentie sue, cum male carcerem custodierit, atque ideo damnum hoc fugienti non impetratur.

quaestiones finitae hoc modo de loci G...

Finis Laus Deo.

Tractatus de ss.mo Eucharistiæ sacramento

a D. D. Fran.co Sanchez Randoli, hoc anno 1648. perutiliter enucleatus.

Ad explicationem Tituli in decretis de consecratione dist. 2.

Articulus 1.us de excellentia huius sacramenti.

Ad explicationem cap. cum omne. 7. cap. nihil 8. cap. Et = 11. dixit. 26. cum alijs hac nostra distinctione. ~

n.o 1. de excellentia s.mæ eucharistiæ supra reliqua sacramenta.

Ex omnibus sacramentis, misterijsque, quæ nobis tamquam diuinæ gratiæ certissima instrumenta, Dominus saluator noster commendauit, nullum est quod cum s.mo eucharistiæ sacramento comparari queat; ut in Catechismo romano Pij V.i initio de sacramento eucharistiæ in principio expresse habetur. Nihil enim in sacrificijs maius esse potest, quam corpus et sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est, sed hæc omnes praecellit ut Alexander I.us in epistola relata a Gratiano in nostro cap. nihil affirmat. Namque hoc commune sit s.mæ eucharistiæ cum cæteris sacramentis, symbolum esse rei sacræ; et inuisibilis gratiæ formam visibilem. Verum illud in ea excellens et singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent cum quis illis utitur; at in eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est: non dum enim eucharistiam de manu Domini Apostoli susceperant cum vere tamen ipse affirmaret corpus suum esse quod praebebat ut in Concil. Trid. sess. 13. cap. 3. expresse notatur. Et quia sacramentum hoc in se vere et realiter continet ipsum Christum viuum, et Deum et hominem verum sanctitatis auctorem, nostro cap. nihil 8. cap. in quo 38. cap. Ego verengarius 42. cap. primaquidem 44. cum alijs multis hac nostra dist. Cl.a unica de reliquijs et veneratione Sanctorum. Concil. Trid. sess. 13. cap. 3. et can. 1. 2. et 3. alia uero sacramenta reliqua tantummodo continent virtutem quandam a Christo Domino deriuatam ad sanctificandos homines ut in dicto cap. 3. Concilij supponitur. ~

N.o 2. Varijs nominibus hoc excell.a significatur.

Vnde sacramentum hoc varijs nominibus suæ excellentiæ designatiuis nuncupatur, veluti, Sanctissimum, Augustissimum, admirabile, venerabile, de quibus et alijs in dicta cl.a unica et in alijs iuribus nostræ distinctionis passim mentio fit, cum alia sacramenta non his sed alijs nominibus minorem excellentiam designantibus nuncupare soleant. Sed D. Thomas 3.a parte q. 73. art. 4. quinque tamen nomina huius sacramenti explicat, eaque distinguit ex diuersis eius proprietatibus et significationibus, namque quia hoc sacramentum significat praeteritam

Christi

Xpi passioq; presentem gratiam et unitatem corporis Xpi in se et cum suo capite coniuncti: et futurae gloriae: et haec omnia non poterant convenienter uno nomine explicari ideo plura sunt illi imposita. Et quatenus significat passionem dicitur sacrificium, ut vero significat unitatem ecclesiae dicitur communio; quatenus vero praeparat ad gloriam, dicitur viaticum, et sub eadem ratione quatenus realiter continet Xpum qui est plenus gratiae, dicitur eucharistia, id est bona gratia: ac denique metalepsis id est assumptio, eo dicitur quia per hoc Sacramentum filij Deitatem assumimus, et horum nominum ratio late copiosius explicatur a Suario de Sacramentis ad 3am partem D. Thomae tom. de Sacramento eucharistiae q. 73. ar. 4.

nº 3. de significatione vbi eucharistia.

Vnum imprimis tamen de nomine eucharistiae ex quo nomine titulus ponitur et frequentius Sacramentum hoc denominatur, ut tractandum est: quia nomen eucharistia id est bona gratia D. Thomas loco citato sumptum est, pro ex significatione futurae gloriae quae gratia Dei, vita aeterna; pro ex praesentia eius Xpo qui est summa gratia affirmat. Irenaeus vero lib. 6. cap. 34. significat ita appelari quia in gratiarum actione consecratur et offertur Deo. Eucharisteo enim verbum graecum latine gratias agere significat, et ita idem est quam gratiarum actio. Et idem sentit Iustinus apologia 2a pro Xpianis circa finem. et colligitur ex D. Hieronymo exponente verba illa Amos. 4. sacrificate de fermento laudem; qui sic optime facimus quando ex pane Xpi corpus conficiendo illud Deo Sanctificamus; pro eo quando illud in gratiarum actione sumimus Xa illud quid retribuam Domino? calicem salutaris accipiam. quod confirmari potest ex cap. 22. Lucae et ex Paulo 1a ad Corinthios. 11. ubi dicitur Xpum confecisse hoc Sacramentum gratias agens. Et potest denique hoc Sacramentum eucharistia appelari, ab effectu quia magnum gratiae cumulum confert; pro certe quia ipsummet magnum donum Dei est magnaque gratia, de qua non nulli exponunt illud Pauli ad Hebreos. 12. habemus gratiam per quam seruiamus Deo, ut videre est in Turriano in libro de eucharistia cap. 13. et 19. Suar. ubi supra et Guillelmus Durandus in rationali divinorum lib. 4 cap. 41. nº 3. Stephanus Durantius de ritibus ecclesiae catholicae lib. 2. cap. 38. nº 24.

nº 4; argumenta contra hanc excellentiam ponderantur.

Ceterum contra hanc Sacramenti eucharistiae excellentiam graviter urgere videtur, quia digniora Sacramenta esse videbantur, quorum maiores ministri conferuntur, Sacramentum confirmationis et ordinis non confertur nisi per Episcopum qui est maior minister Sacramentum confertur eucharistia Sacramentum sic illa sanariter quem simpliciter sacerdos per quem confertur eucharistia Sacramentum sic illa ministra sunt potiora. = Vlterius quia illud videtur esse potius ex quo alia dependent et non econuerso, sed ex baptismo dependet eucharistia quae est ianua aliorum Sacramentorum cap. maiores. 3. de bapt. cap. 1. de presbytero non baptizato ministr. cum similibus, non enim potest aliquis eucharistiam accipere nisi fuerit baptizatus ut supponitur in Concil. Trid. sess. 7. de bapt. canone 14. ergo baptismus est potior eucharistia.

3.º etiam augetur dificultas ex effectu Sacramenti; quia Sacramenta tanto sunt potiora, quanto
maiorem virtutem habent, sed quaedam Sacramenta imprimunt caracterem, ut baptismus, nº 5.
confirmatio et ordo, quod non facit eucharistia, ergo illa Sacramenta sunt potiora. dificultas 3.ª

Sed his non obstantibus, pro tradita doctrina de
excellentia huius Sacramenti, omnino defendere debemus ex rationibus iam adductis, et ex
alijs argumentis traditis a D. Thoma 3.a parte q. 65. ar. 3. maxime ex eo quod in eo
continetur; nam in Sacramento eucharistiae ipse Christus substantialiter continetur,
in alijs vero Sacramentis tantum quaedam virtus instrumentalis participata a Christo
ut idem D. Thomas advertit q. 62. ar. 3. et 4. semper autem quod est per essentiam,
potius est eo, quod est per participationem. Et quia ad hoc Sacramentum omnia alia Sacramenta
ordinantur; aliorum autem Sacramentorum comparatio adinvicem potest esse mul
tiplex; nam in via necessitatis baptismus est Sacramentorum potissimum; in
via autem perfectionis Sacramentum ordinis; medio autem modo se habet Sacramentum
confirmationis. Sacramentum vero poenitentiae et extremae unctionis sunt inferioris
gradus a praedictis Sacramentis, quia ordinantur ad vitam Christianam non per se, sed quasi
per accidens scilicet in remedium supervenientis defectus. Unde ad argumentum 1.um
ex ministro ordinis et confirmationis compositum, respondendum est quod per or
dinem et confirmationem deputantur fideles Christi ad aliqua specialia
officia quae pertinent ad officium Principis, et ideo tradere huiusmodi
Sacramenta pertinet ad solum Episcopum qui est quasi Princeps in ecclesia; at vero per Sacramentum
eucharistiae non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc Sacramentum est
finis omnium officiorum ut advertit Divus Dionisius cap. 3. de ecclesiastica hy
erarchia. 2.º a principio. Sicut non baptismus cum sit maximae necessitatis
est potissimum Sacramentorum, sic ordo et confirmatio habet quandam excellentiam
ratione ministerij, nihilominus non prohibet aliquid esse simpliciter dignius, quod tamen non
est dignius simpliciter ita D. Thomas dicto ar. 3. ubi Pater Suarez, et nº 6.
ceteri, et ultra eos Bonac. in tractatu de Sacramento eucharistiae q.e 2. puncto 1. §. amplius haec excellentia ex figuris testamenti veteris confirmatur.

Ulterius haec Sacramenti eucharistiae excellentia prae aliorum Sacramentorum
ex figuris testamenti veteris comprobatur; cum omnia apud veteres Patres
in figuris contigerint ut D. Paulus notat 1.a ad Corinthios cap. 10. Patres
nostri sub nube fuerunt et Haec autem in figura facta sunt. et Haec autem
in figuris contingebant illis. Congrue et decenter apud ipsos in veteri tes
tamento eucharistia praefigurata fuit, ut habetur in Bibl. Trid. fol. 22. cap. 1. maxime
in illis verbis, haec denique illa est, quae per varias sacrificiorum naturae, et legis
tempore, similitudines figurabatur, ut pote quae bona omnia, per illa signi
fica

ficaā velut illorum omnium consumatio, et perfectio complectitur. Bellarminus
lib. 1 de eucar. cap. 3. et lib. 1. de sacrificio missae, cap. 8. ut ita intellectus
Nº 7. agnus pascalis. noster ad tam difficile mysterium capescendum facilius disponeretur. =

1º igitur figura huius sacramenti fuit agnus pascalis de quo
exodi cap. 12. cap. quisit sanguis 73. in principio hac nra dist. ita ecclie
PP. max.e Hieronimus in cap. 26 Mathei. Chrysostomus homilia de pro-
ditione Iudae. Cyprianus lib. de unitate ecclie. Augustinus lib. 2. contra literas
Petiliani cap. 37. Tertullianus lib. 4. in Marcionem. D. Thomas dta q.e 73. ar. 6.
Bellarminus ubi proxime et inde lib. 1. de missa cap. 7. nam ut inquit Apostolus
1ª ad Corinth. cap. 5. pascha nostrum immolatus est Xpus itaque epulemur in
azymis sinceritatis ubi pascha significat agnum pascalem, et ex ipso
evangelio Mathei cap. 26. et Lucae cap. 22. manifeste colligitur, non na-
lla de causa Dnus post agnum pascalem ritu iudaico manducatum, continuo Sa-
cramentum hoc instituit, nisi ut significaret ut ait Leo sermone 7. de passione
Domini, antiquam observationem novo sacramento adimpleri et tolli: et si consideramus
circumstantias utriusque celebrationis videbimus nullam figuram a Xpo manifes-
tius impletam quam istam. 3ª agnus pascalis decimo quarto die primi mensis
ad vesperam immolari debuit, dto cap. 12 exodi, et fuit hoc circumstantia
sume necessaria ut ex dto Jesu sacro colligitur, et eucariam Xpus instituit hoc
ipso tempore ut notum est, et vespere immolabatur denotabatur quod Xpus qui verus
est agnus ad occisionem ductus qui in speciebus huius sacramenti continetur de quo dictum fuerat
os non minuetis ex eo. dto cap. 12. exodi versu 46. iuncto evangelio Ioann-
Nº 8. Ulterius haec figura agni pascalis explicatur. is cap. 19. versu 36. = 2º agnus immolabatur in memoriam transitus do-
mini, et liberationis populi de Egypto, et eucaria celebratur in memo-
riam transitus dni per passionem ex hoc mundo ad Patrem et nrae liberationis
de potestate Sathanae quae per ipsam Xpi mortem facta est. 3º Panis azymus
quo agnus manducabatur, significabat visibiles species panis et vini quae
constituunt hoc Sacramentum. 4º agnus immolabatur ut manducaretur, et erat quasi
viaticum peregrinorum, nam ideo manducabatur a Iudaeis habitum peregri-
norum ipse ferentibus cum baculis et calceis; et eucaria nequit esse aliud ni-
si refectio et viaticum peregrinantium ad veram et caelestem patriam. et
ita hoc Sacramentum viaticum appelatur in Concilio Niceno 1. canone 3. cuius verba ex-
tant in cap. de his qui recedunt 26 q. 6. et in Concil. Agathensi cap. 15 relato in cap.
poenitentes 63. 50 dist. et in cap. is q. 8. 26. q.e 6. namque admodum in huma-
nis viaticum est apparatus ad viam, Seneca epistola 77. Sidonius epist. 10. lib.
6. et lib. 7 epistol. 2. Agelius lib 17. cap. 2. ita in divinis eucaria quae pro ae-
gris fidelibus morti proximi ministratur viaticum proprie dicitur. = 5º agnus
non poterat manducari nisi a circumcisis et mundis, et in Ierusalem,
ita eucaria non potest sumi nisi a Baptizatis et mundis et intra ecclesiam Catholicam
exi-

existentibus, allegato cap. 2. de subit. non baptiz. ministr., sequuntur singulos
agni paschalis ritus Christi Domini in eucharistia ostentum figurantes Bellarmi.
dicto cap. 7. et dicto cap. 3. Valentia tomo 4. disp. 6. de euchar. q. 2. puncto 2. Vecanus
in anologia veteris et novi testamenti cap. 13. ex nº 23. doctissimus Pater Ma-
gister Basilius Pontius in tractatu de agno typico varijs in locis maxime cap. 38. = nº 9. difficultas ponderatr.
Sed 2ª hanc eucharistiæ figuram ex celebratione et immolatione
agni paschalis desumptam urgere vr quia ad agni immolationem necesse non erat sacer-
dotes vocare, de unusquisque familiæ suæ non expectatis sacerdotibus mactabat
hostiam ita disserte Philo libro 3. de vita Moysi et in libro de decalogo. Iosephus libro
2. antiquitatum cap. 6. et colligitur expresse ex dicto cap. 12. exodi ibi ite tollentes animal
per familias vras et immolate phase. quibus verbis praebetur (ut apparet) facultas
ut unusquisque sine sacerdotibus agnum mactare posset. et ex alijs authorita-
tibus hanc sic confirmauit Basilius ubi supra cap. 37. igitur non est vera ergo secta figu-
raquæ Smti, siquidem consecratio eucharistiæ tantum sacerdotibus est permissa ut habetur
in Concil. Trid. sess. 13. ca. 10. et sess. 22. de sacrificio missæ cap. 2. = Ad ratiunem cum
Bellarm. dicto libro 2. de missa cap. 7. vero denique quod hoc sacrificium agni paschalis
fuit institutum antequam familia Aaron determinaretur ad sacerdotium et ideo
quatenus ad hoc sacrificium mansit antiquum priuilegium ut omnes patres familias sa- nº 10. de manna, figu-
cerdotio fungerentur. 12. raquæ Smti.
2ª figura huius Smti est manna quod iudæis in de-
serto fluebat exodi cap. 16. fuisse nunc manna eucharistiæ figuram patet ex verbis
Christi Ioannis cap. 6. ibi patres vri manducaverunt manna in deserto et mortui
sunt, qui manducat hunc panem viuet in æternum, idque praeterea colligitur ex Apostolo
quod 1ª ad Corinth. cap. 10. mare rubrum comparat baptismo, et manna euchari-
stiæ idem ecclesia Chrysost. Cyrill. Theophilact. et August. in cap. 6. Io-
annis. et praeterea Ambrosius libro 5. de sanctis cap. 2. et in libro de ijs qui mysterijs
initiantur cap. 8. et 9. cuius verba refert in cap. revera 69. et in cap. commo-
reum 92. hac nostra dist. 2. de consecrat. Unde tanta est inter Manna et eucha-
ristiam similitudo ut res ipsa clamet illud huius fuisse typum: Manna
datum est in deserto diis filiis Israel in transitu maris rubri ad terram pro-
missionis pergens, ita est ut notat August. tractatu 11 in Ioanne eucharistia da-
tur in ipsius vitæ deserto diis post baptismum tendimus ad nostram patriam nostram quæ
est vita æterna. Deinde manna id habuit singulare ut in parua quanti-
tate satiabat, et qui alius multum alius parum collegisse viderentur, omnes
eandem mensuram invenirent dicto cap. 16. exodi quod certe aptissime quadrat
in eucharistia cum idem sit Smtum, eadem virtus idem fructus in magna parte sig- nº 11.
norum et in parva cap. ubi pars 78. hac nostra dist. 2. de sanguine
Altera figura est sanguis testamenti testamenti.
nunc in cap. 24. exodi et apud Apostolum ad Hebreos cap. 9. describitur testa-
menti

mentum vetus, ut legimus Moysem nomine Dei mandata legis proposuisse deinde aspersisse sanguinem in populum et dixisse hic est sanguis testamenti quod misit ad vos Deus, impleta est autem haec figura in institutione huius Sacramenti quod facile probari potest 1° quia Lucae cap. 22. disertis verbis Dominus ait hic calix novum testamentum est in meo sanguine. igitur in ipsa cena testamentum institutum fuisse probatur. 2° quia videtur Dominus de industria uti voluisse iisdem fere verbis quibus usus fuit Moyses, nam apud Matthaeum cap. 26. ita legitur eum dixisse, hic est sanguis meus novi testamenti. 3° quia tunc Dominus proposuit eis legem, ut antea fecerat Moyses cum ait Ioannis cap. 13. mandatum novum do vobis ut diligatis invicem et aspersit sanguinem in pectora discipulorum, quibus et aliis circumstantiis hanc esse figuram huius Sacramenti tradit Bellarminus tomo 2. de eucharistia. cap. 3.

N° 12. De oblatione Melchisedech.

Ulterius propria figura huius Sacramenti fuit panis quem obtulit Melchisedech genesis cap. 14. eum enim fuisse figuram eucharistiae docet Hieronymus cuius verba referuntur in cap. accipite 88. hac materia dist. Chrysost. homilia 35. in genesim. Cyprianus lib. 2. epistol. 3. Ambros. lib. 4. de Sacramentis cap. 3. Damascenus lib. 4. cap. 14. et alii, sicut etiam per panes propositionis qui coram Domino sabbato ponebantur exodi cap. 40. vers. 21. Levitici cap. 23. et 24. de quibus soli mundi poterant comedere ut habetur 1° regum cap. 21. vers. 4. quae figura eucharistiae fuisse testantur Hieronymus in cap. 1. epistolae D. Pauli ad Titum, Damascenus loco citato. Cyrillus Katechesi 4. mystagogica. item panis primitiarum Levitici cap. 23. ad quem attendens Irenaeus lib. 4. cap. 32. vocat eucharistiam primitias divinorum munerum in novo testamento. Denique panis ille angelicus quo Elias roboratus 40 dierum spatio ambulavit usque ad montem Dei Oreb ubi et Deum quodammodo vidit 3 regum cap. 19.

N° 13. De tempore institutionis huius Sacramenti.

Denique nonnumquam excellentiam huius Sacramenti eucharistiae deducere possumus ex tempore in quo fuit institutum, etenim supposito quod institutum fuit a Christo Domino ut habetur Ioannis cap. 6. cap. cum Marthae de celebr. miss. cap. in Sancto hac materia dist. Trid. sess. 7. cap. 5. et sess. 13. cap. 1. et 2. in quorum fine sequitur nunc breviter de tempore institutionis disputare in qua parte dicendum est quod in ultima cena fuit institutum hoc Sacramentum. haec propositio est de fide in evangelio, et definitum in Clem. unica de reliq. et veneratione Sanctorum et in dicto cap. cum Marthae et in dicto decreto Concilii sess. 13. cap. Unde sequitur institutum fuisse in ultimo anno vitae Christi incognito, qui fuit trigesimus tertius, ut probabilius est ut advertit Suarez tomo 2. disp. 40 sec. 1. Bilius in tractatu de eucharistia cap. 1. vers. 9 quamvis cum aliis traditur a Leandro eodem tractatu disp. 1. q. 5. trigesimus quartus. Praeterea fuisse institutum in mense lunari qui secundum iudaeos incipiebat in 1a luna post aequinoctium vernale et apud nos est mensis martii complectens aliquam partem aliquam mensis aprilis decima quarta luna illius mensis ad vesperam nam in illa ex lege iudaeorum

imme-

comedendus erat agnus paschalis ut superius dicebamus et notat eleganter Basilius Pontius in titulo de agno typico cap. 1. cum seqq. cum alijs relatis á Leandro ubi proxime. n.º 14.

De eádem ré

Sed difficultas est in qua parte coenae ultimae fuerit eucharistia instituta? Et respondet supponendum est triplicem coenam Christum egisse illa nocte cum discipulis. 1.º legalem agni quae erat vetus et figurativa ut dictum est. 2.º mysticam sui corporis et sanguinis quae fuit nova et figurata. 3.º vulgarem seu communem in qua Iudas intinxit manum cum Christo in paropside ita et plura de lotione pedum discipulorum tradit Enriquez in summa cap. 58. de euchar. §.3. ad finem. His ita suppositis dicendum est lotionem pedum praecessisse institutionem huius Sacramenti ita plures relati á Silverio ubi proxime, ratio autem ex praedictis doctoribus est quia ita requirebat mysterium ipsum et figura quam in lotione illa significare voluit animi mundationem et paenitentiam ideo debuit illa praecedere sicut animi emundatio et paenitentia praecedit usum huius Sacramenti et fuisse institutum ante coenam vulgarem ut ipsi doctores profitentur et patet ex praecedenti quia sic convenientissimo ordine connectuntur, ut primum quidem incoatum sit á legalium observatione praecepti et praemittendo figuram veritati quae proxime sequi debuisset, sed interponenda fuit lotio pedum ut ita significaretur quanta reverentia hoc Sacramentum sumendum esset, postea expletis mysterijs ventum est ad communem coenam. Congruunt etiam haec cum ijs quae narrant Evangelistae et maxime colligitur ex cap. 22 Lucae. 14. Marci, 26. Mathaei et ex Trid. dicta sess. 13. cap. 1. et 2. et ex pluribus notat Enriq. cap. 58. tit. 8. de euchar. §.3. Suarez disp. 41. s. 1. Vasq. disp. 172. Granados controversia 6. titu. 1. dist. 5. Egidius q. 74 art. 4 dub. 1. n.º 64 cum alijs traditis á Leandro ubi proxime q. 7. n.º 15.

De convenientia temporis institutionis.

Utrique haec excelta ex convenientia temporis huius institutionis deducitur, nam secundum doctrinam D. Thomae super Mathaeum cap. 26. Eutimij, Lyrani et aliorum quos refert et sequitur idem Silverius dicto cap. 1 n.º 39. convenientissime hoc Sacramentum in tempore illo fuit institutum, nam non decuit institui ante incarnationem, siquidem eucharistia significat Christum praesentem, non futurum et non decebat prius Christi corpus sacramentaliter existere quam naturaliter, deinde decuit ante passionem ut exiberet tunc maximum amoris signum. Item etiam ut ipsa oblatio sacrificij incruenti meritoria esset et satisfactoria quod non successisset post resurrectionem. = 2.º ut more amantissimi patris in fine vitae pretiosiorem haereditatem filijs relinqueret = 3.º ut invisibiliter se omnibus daret quando visibiliter ab eis recedebat. = 4.º ut post legalem coenam novi Sacramenti excelta ex mutua comparatione magis innotesceret. = Denique quia noluit Dominus ecclesiam eo Sacramento uti antequam esset glorificatus, sic non decebat magestatem tanti Sacramenti, ideo oportuit institutionem fieri immediate ante passionem hoc

Hec ex Chrysostomo homil. 83. in Matthæum et 28. in 1ª ad Corinth. August.^s epistola 118. ad Ianuarium, Cypriano in sermone de cœna Dni et D. Th. 3ª p.^te q. 76. ar. 5. et 6. et 70 omnes Thomistæ et ita finit art. 1.

„ Articulus. II.^s „

De essentia huius Sacramenti: ubi de Difinitione propria et De partibus ex quibus componitur agitur. Ad explicationem capituli 1. cap. non oportet. 4. cap. Didicimus. 6. cap. cum omne. 7. cap. comperimus. 12. cap. quia corpus. 35. cap. quia passus. 36. cum alijs hac nostra de consecratione distinctione 2. „

Nº 1º De difinitione eucharistiæ.

Essentia huius Sacramenti prius ex eius intrinseca natura, ex vera eius difinitione quoad singulas eius partes singilatim explicata, deducitur et cognoscitur. Unde ad exordium huius articuli veram eucharistiæ difinitionem proponere debemus. Et omissis varijs huius Sacramenti difinitionibus quas recensent interpretes maxime Sotus in 4 dist. 8. q. unic. Scotus et Gabriel quos refert Fagundes ad 3um præceptum ecclesiæ cap. 2 n.º 1. Vivaldus in candelabro tt.º de Sacramento eucharistiæ cap. 1. nº 11 dicendum est quod Eucharistia est Sacramentum corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini certa formadiuinitus institutum quo vita spiritualis nutritur. Circa quam difinitionem notare debemus quod in ea, vox illa Sacramentum obtinet locum generis, reliqua particulæ differentiæ locum; et ideo in eo quod est Sacramentum conuenit cum alijs novæ Legis Sacramentis. „

Nº. 2. Eucharistiam esse verum Sacramentum.

Unde de fide est quod eucharistia est verum Sacramentum novæ legis. quod propositio adeo certa est ut paucissimi heretici multarum veritatum huius Sacramenti impugnatores, illam impugnare audeant, itaque de fide difinitur in Trid. ses. 7 can. 1. et s. 13. cap. 2. 3. et 6. et in alijs locis, et in Decreto Florentino in decreto Eugenij 4.i et in c. firmiter de summa Trinitate et in cap. ad abolendam. quod de hereticis et in cap. cum Marthæ. 6. de celeb. missa, et id sentiunt omnia scholia et Patres qui hac de re scripserunt. D. Th. 3ª

parte

parte qe 73. et 6 suits ces Bellarm. lib. 2. de Smtis cap. 24. et lib. 4 de eucga.
a cap. 2. Deinde hac oclus radibus ybr sigus de remediu ordinatu a xpo
sub signo sensibili principaliter ad subsidium spuale et collatus grae est
Smtu ut ex difinitione Smtorum patet et probatur in cap. sacrificium 32. qae in a dist
2. Sed eucgaria talis est ex illud Ioannis cap. 6. q manducat hunc panem
viuet in aeternum, et 6 q manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in
me manet et ego in eo igitur eucgaria Smtum est. Deinde probatur clarius q est,
signum sensibile rei sacrae, seu est invisibilis grae visibilis forma sed est
Smtum. Deinde probatur ex ratione D. Thomae ubi proxime art. 1. in corpore nempe q
Smta eccliae ordinatur ad subveniendum homini in vita spuali, vita autem
spualis vitae corporali conformatur, eoque corporalia, spualium similitudi
nem gerunt, manifestum est autem q sicut ad vitam corporalem requiritur gene
ratio per quam homo vitam accipit, et augmentum quo homo conservatur in vita, et
ita sicut ad vitam spualem oportuit esse baptismum qui est spualis generatio
et confirmationem quae est spuale augmentum, ita oportuit esse sacramentum eu-
cgaristiae quod est spuale alimentum. ??

Ceterum contra hanc oclusionem obstat primo ad probandum eucgariam
non esse Smtum, q Smta novae legis habentia materiam, in usu materiae per
ficiuntur, sicut baptismus in ablutione, et confirmatio in Chrismatis consig
natione; si igitur eucgaria esset Smtum perficeretur in usu materiae non in consecratione
ipsius materiae, q non est verum qa forma huius Smti sc. verba quibus consecra-
tione materiae dicuntur ut infra patebit quod non est Smtum. = Augetur difi
cultas qa solum est Smtum panem et vinum dicendum erat dum consumitur ex fi
bitis, sicut aqua baptismi tunc solum est Smtum cum abluit, igitur, eucgaria tan-
dem Smtum quando sumitur non vero quando servatur in pixide debet dici Smtum
respectu rei transeuntis non vero permanentis. Sed his et alijs non obstantibus sem-
per defendere debemus eucgariam verum Smtum esse. Et ad solutionem dificultatis
animadvertere debemus, q Smtum dicitur ex eo q continet aliquid sacrum
potest vero aliquid esse sacrum dupliciter scilicet absolute et in ordine ad aliud,
hoc autem est diferentia inter eucgariam et alia Smta habentia materiam sen-
sibilem, q eucgaria continet aliquid sacrum absolute scilicet ipsum Xpum, aqua
vero baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud, scilicet virtutem ad sanc-
tificandum; et eadem ratio est de Chrismate, et de similibus: et ideo Smtum
eucgariae perficitur in ipsa consecratione materiae, alia vero Smta perficiuntur in
applicatione materiae ad hominem sanctificandum, ita D. Thomas ubi proxime
in solutione ad primum argumentum. ??

Non minus obstat illa consideratio ex qua.

No 3. dificultas contra hanc oclusionem.

No 4. Eucgariam esse rem permanentem.

Rursus sententia nostra valde impugnatur ex proprio motu Sixti v. Pontificis max.ⁱ edito anno 1588. nonis Ianuarij contra male promovendos ad ordines quod incipit Sanctum exaltare ubi Iz tonsuram appellat caracterem clericalem quia prima tonsura est ordo ecclesiae cuius proprium officium est conferre caracterem. Sed sine dubio Rendum est Pontificem non sensisse de interno caractere qui quis imprimitur in anima signum spirituale et indelebile de quo loquitur Florent. sub Eugenio A. in doctrina de Sacramentis sed potius de signo et figura externa tonsurationis quo quis laicus ad sortem clericalem assumitur quod Pontifex vestra aduertente scribit tonsuratum caractere clericali insigniri neque dicit caractere sacramenti ordinis imo potius idem Sixtus Pontifex in eodem loco § 6. distinguit et separat ponit inter tonsuram et ordines tam maiores quam minores in quorum numero non est tonsura notat Vazquez d. disp. 236. c. 1. n.° 12. s.

21. Privilegia primae tonsurae referuntur.

Quibus authoritatibus et rationibus satis factis remanet tuta sententia nostra quod ordines sunt 8. retento Episcopatu et excluso Psalmistatus ordine; restat nunc ut breviter exponamus privilegia omnia quae tonsuratis conceduntur et primo est capax ut possit beneficium ecclesiasticum obtinere. c. ex tuis extra de fili. De tonsuratis Rebuffus de pacificis n.° 188. adeo ut etiam si capellania ex fundatione requirat quod sit ordinatus, et clericus sufficit quod sit tantum tonsuratus et in ea verificatur voluntas testatoris seu fundatoris. Zeballos practicarum rerum q. 524. in fine Barbosa de potest. Episcopi 2. p. alleg. 2. n.° 17. gaudet etiam privilegio canonis siquis suadente 17. q. 4. siquidem sufficit quod sit clericus ut ex eodem can. constat et in c. non dubium de sententia excom. c. 2. verum intra quibus res eorum etiam gaudet privilegio fori etiam ne conveniatur coram saeculari. c. 2. de

de foro spectat c. un. de clericis coniugatis lib. 6 sed hoc privilegium hodie restrictum est per Trid. sess. 23. de reform. c. 6. cum inveniri sol. 2. tit. 4 lib. 1. compilationis ubi desideratur qui beneficium ecclesiasticum obtineat seu de mandato episcopi deserviat ecclesiae. Rt in d. Decio c. 6. n. aufferi privilegium canonis notat Navar. consilio 24. tit. de privilegiis, gaudet autem privilegio c. Oduardus de solutionibus. Cobar. lib. 2 variar. c. 1. n. 9. Baeza de inope debitore c. 27 n. 20. Gutierrez de iuramento 2a parte c. 27. n. 10. et privilegio exemptionis tributorum c. quamquam de censibus lib. 6. c. fin. de vita et honest. cler. hodie non privilegium hoc non observatur nisi habenti beneficium ecclesiasticum d. l. 2. tit. 4 lib. 1. recop. Gutierrez lib. 1. practicarum q. 7. idem de gabellis q. 9. Felicianus de censibus lib. 2. c. ult. n. 23. et bona per eum quaesita ratione clericatus ei iure peculii quasi castrensis cedunt c. 1. de peculio. l. sacratissimae et autem presbiteros C. de episcopis et clericis de quibus ad libitum poterit testare l. 2. tit. 21. partit. 3. Covar. in c. quia nos n. 2. de testamentis. quod si aliud est Antonius Gomez in l. 48. Tauri n. 7. existimet desiderari requisita tradita in dict. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. ..

22
gre in textu nro inter ordines Pontificatus ordo non enumeratur
Dubium non est cur Isidorus in nostro c. cleros enumerans universos ordines, seu cleros, et Dei ministros non meminerit Romani Pontificis sed duntaxat inter patriarchas recenseatur, in verbo ordo, sed omissis aliis verisimiliter credendum est ex ultimo ideo Isidorum Pontificem omisisse et inter eos ordines ecclesiasticos non enumerasse quia cum instituisset tractare ordines et gradus ecclesiasticae Hierarchiae qui des summus solo Pontifice et summo Preside existere debet, opus ei non fuit potestatem R. Pontificis qui Hierarchiae presidentis adducere siquidem Pontifex quatenus Papa est et successor Petri in ecclesia Hierarchia non facit ordinem neque gradum siquidem principatum, caput, et regimen in tota monarchia ecclesiae tenet. c. ubi periculum de electione lib. 6 sed quatenus episcopus Romanus est parem ordinem et potestatem habere dicitur cum ceteris episcopis nisi in casibus sibi reservatis gre Pontifex omnes episcopos appellat fratres. c. quoniam de crimine falsi c. fratres. 6. 86. dist. Bellarm. lib. 1. de R. Pontifice c. 54. Acunha in d. c. fratres et in d. c. Lapinus n. 5. merito Pontifex seipsum episcopum appellat quia episcopatus est culmen spiritualium. gloss. verbo episcopus in proemio lib. 6. Casaneus in catalogo gloriae mundi parte 4. consideratione 25. et quatenus Patriarcha est enumeratur cum ceteris Patriarchis ut constat ex textu nostro verbo ordo. iuncto verbo Pontifex notat Afflicti de feudis lib. 1. tit. 1. n. 6. ..

23.
in ... textu in c. mos antiquitus 65. dist.
Sed quis id habeo obstat decisum Nicena c. 6. relatum in c. mos antiquitus 65. dist. ex quo deducitur episcopum Alexandrinum parem potestatem et iurisdictionem cum episcopo Romano hoc est Pontifice habere atque ideo videre Pontificis et similiter Patriarcham Alexandrinum potestatem et iurisdictionem non habere nec eius caput esse siquidem par in parem non habet imperium. c. venit. 6. cum 22 distinctis l. 4. ff. de receptis arbitris. Verum huic dubio omissis traditis ab Aug. Barb. in collectaneis ad eundem textum Covar. lib. 4. vari. c. 4. n. 12. Bellar. lib. 2. de R. Pontifice c. 13. et 27. verius dicendum censeo in canone illo decisum Nicenum non

n. negare max. est Alexandrini Epi authoritatem, imperium et potestatem cum esset maximus Occidentis Patriarcha. c. antiqua de privilegiis. Sed illi Alexandrino Epo non tamen imperium fuit tributum ut in totum assimilaretur Pontificia maiestati itaut in solidum a semetipso absque Pontificis potestate iurisdictionem retineat cum Pontificis potestas nullis provinciis carere ter, a quo dicti Primates dimanant. c. sequitur 96. dist. Sed tamen loquitur de Alexandrino quatenus est in illis provinciis summus Patriarcha in quibus ecclesiis et territoriis mediate Summo Pontifice presidet. d. c. antiqua de privilegiis. nec obstant textus illius quandoquidem Epo Romano parilis mos est quod non est referenda ad universalem Pontificis potestatem sed tamen ad illam particularem iurisdictionem in provinciis et episcopatibus sibi assignatis, quae privilegia Epo Alexandrino servari decreverunt PP. in d. c. 6. ut antea mos illis fuerat, quemadmodum Primati Constantinopolitano reservatum est in c. 8. 22. dist. ex quo constat nihil ex eo textu deduci posse, contra primatum romani Pontificis ecclesiae quae romana quae omnibus ecclesiis et primatibus praeferenda est. d. c. antiqua. praecipue quia textus ille sic incipiebat Romana ecclesia semper habuit primatum; mos autem antiquus perdurat in Egipto etc. quomodo legitur et citatur in. canone Calcedonensi sub Pascasino Epo detractione 26. ut observat Bellarm. tom. 2. de R. Pontifice d. c. 13. et 17. Coroliang in suma Conciliorum addictum canonem 6. Concilii Niceni notat Cabbas. ubi sup. n. 11. Acuña in d. c. mos antiquus. Marcha de iurisd. 1a parte c. 15. n. 3. 11.

Sed adhuc quasi dicas valde obstat textus in c. 1a sedis 99 dist. cuius haec sunt verba 1a sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum ex quo probari videtur Summum Pontificem non posse appelari principem sacerdotum qua de causa Molineus et alii heretici referunt textum illum ad S. Pontificem et negant Primatum R. Pontifici debitum. Ad quem dicendum respondendum est Concilium illud africanum in d. c. 1a sedis in principio non loqui de R. Pontifice sed de caeteris inferioribus Patriarchis quibus prohibitum est neque eorum nomine universalis Principis sacerdotum appelletur cuius restrictionis mentio fit apud Pelagium in c. nullus sequenti 99 dist. et praecipue respondendum Patriarcha Constantinopolitanus qui in eadem Constantina Synodo Urbis Episcopus appelabatur notat Gouterius de sanctionibus ecclesiae classe 8. sub Pelagio 2. pagina 192. 11. intrapretatur textus in c. 1a sedis 99 dist. 24

Neque iis solutionibus obstant ultima eiusdem africani Concilii verba in d. c. 1a sedis universalis autem nec etiam R. Pontifex appelletur quia omissa in (?) potestate quod resta cuius in d. c. 1a sedis verissime respondendum est articulum illum esse Concilii africani ut constat ex eodem Concilio c. 6. sed verba illa non a Gratiano addita et ea scripsit non ex eo quod negasset Pontificem esse verum episcopum sed quia non decet sic appellari ob vitandum maximum vanagloriae et ambitionis vitium ut refert Pontifex in c. ecce 99. dist. qua ratione S. Pontifex solet se appelari servus servorum Dei ut constat in proemio Clementinarum notat Casaneus in cathalogo gloriae mundi 4. parte consideratione 7. Iacobatius de Conciliis lib. 10. art. 7 pag. 624. Verius infertur interpretatio ad textum nostrum vel Patriarcha ubi S. Pontifex etiam appellatur patriarcha quia est princeps patrum in quo vide adverte quod olim in antiqua lectura ante reformationem decreti legebatur quod etiam post apostolicum tenet locum et hodie post reformationem legitur sempter vero illo post id est quia etiam appellatus Replicatur solutioni 25

tenet locu ut constat ex originali D. Isidori lib. 7 etymologiarum c. 12 nec alias ex 2a lectura sensus hereticus deduceretur siquidem Petrus eundem locum quem Christus tenuit occupat et in primatu successit d. c. in novo 21 dist. c. sacrosancta in pri. 22 dist. ...

26 Ordines sunt maiores vel minores.

Ordines non sunt maiores sunt minores. c. 1. de fil. presb. lib. 6. Trident. d. sess. 23. c. 2 et de reform. c. 6. maiores sunt quos sacros vocamus quorum ministerium proprium quodque operationi circa eucharistiam consecrandam ut sunt episcopi Presbiteri, Diaconi, Subdiaconi. c. nemo. 32 dist. c. a multis, de aetate et qualitate. c. 1 et 2 de clericis coniug. inter quos etiam connumerantur subdiaconi d. c. 2. Concilii Trid. siquidem Subdiaconi vasa sacra ut prius dicemus possunt tangere et ad altaria deferre. c. non liceat. 30. et 31. 23. dist. d. c. perlectis vi° ad Subdiaconum 25 dist. quod caeteris ministris inferioribus non est permissum c. non oportet. 30. eadem 23. dist. Sed huic doctrinae valde obstat textus in c. fin. 60. dist. in quo asseritur Subdiaconatum non esse ordinem maiorem nec sacrum gradum, ideo non potuisse subdiaconos in episcopos eligi nisi maiorem presbiteri vel diaconatus ordinem gererent. Sed huic dubio dicendum est quod tempore primitivae ecclesiae ordo subdiaconatus non erat sacer nec computabatur inter sacros vel maiores ordines et ita obtinet textus in d. c. fin. 60. dist. postea autem opportunitatem exigente cum eis esset iniunctum onus continentiae c. un. de voto lib. 6. c. erubescant 22. cum sequentibus 32. dist. c. 1. 32. dist. Subdiaconatus sacer ordo esse coepit. textus in c. miramur. 7 de servis non ordinandis c. a multis, de aetate et qualitate minores autem ordines sunt quos non sacros dicimus non quod quasi etiam lato vocabulo sacri appellari nequeant c. 1. vi° sacer acolitus. 67 dist. sed maiores sacri appellantur per excellentiam et antonomasiam quia speciali quadam ratione sacra et maiora ministeria exercent. d. c. a multis. merito cum ab initio subdiaconi non haberent votum continentiae ideo sacri ordines non erant notat Vasquez disp. 236. c. 2. cum traditis a Barb. de potest. episcopi d. allegat. 2. n° 22. ...

27 An in aliis ordinibus conferatur Sacramentum.

Ex iis dimanat ut breviter inquiramus an etiam in omnibus gradibus tam maioribus quam minoribus conferatur Sacramentum? Non nulli asserunt tantum in maioribus non vero in minoribus conferri, et sic minores non esse Sacramenta sed sacramentalia notat Vasquez tomo 3. 3a parte disp. 237. c. 2. Navar. in manuali. c. 22. n° 18. Alii vero asserunt ordinem presbiteratus tantum esse Sacramentum non vero reliquos ordines ita Magister Sententiarum in 4. dist. 24. §. 7 ordo. Sed magis recepta est sententia illorum qui asserunt in omnibus gradibus conferri Sacramentum, ut est D. Thomas in 4. dist. 24. q. 2. ar. 5. Bonaventura eadem dist. a. 2. Scotus ibidem q. 1. n. 12. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 32. cum traditis a Pe. Jo. Gregorio in novissima suma de ordine titu 2. n° 5. quorum doctrina fundatur ex Concilio Florent. in decreto Eugenii vi° sextum ubi enumerans Sancta ecclesia asserit ordinem esse sextum Sacramentum et tractans de materia et forma presbiteri, diaconatus, et subdiaconatus subiungit idque esse intelligendum in aliis ordinibus et sic apparet in aliis ordinibus etiam dari materiam et formam

incertz ac consequens in illis conferri Smtz. praeterea probatur ex Trid. S. 23. de ordine c. 2. 3. et 4. ubi in oibus ordinibus datur specialis dei gratia, et auxilium ordinatis. Here opportet non tm ad conferenda Smta sed etiam ad exercenda ministeria quae ordinantur ad consecrandum corpus Xpi. d. c. 2. 3. et 4. Tridentini. // 28.

Sed adversus hanc sententiam hab-be obstabit sequens consideratio, nam si concedit Impugnatur sententia 1°. Verum sequeretur, quod in singulis ordinibus, cum datur diversa materia et forma darentur etiam diversa Smta, et per consequens in l. grad. esset 24 Smta. 2° id quod ex fide definitum est in Trid. s. 7. de Smtis in gre. c. 1. et si unum tm est Smtum necesse est quod detur ordini sublimiori in quo consumatur potestas conficiendi Smta, ac proinde fit quod in reliquis ordinibus Smtum non conferatur. Verum sine dubio verius est dum ordinem unum tm sacramentum esse in genere, plures tm spes in se continens et singulis essentialiter et integraliter constit Sacramentum ut est opus ad usum cuiusque ministerij, ut sic digne et reverenter eucharistiae Sacramentum consecrari valeat, et magister de hoc Smto participat ordinatione, cum plus habeant, quo maioris ministerij usus accedit, notat Bonav. dist. 24. q. 4. Vasq. tomo 3. disp. 168. c. 1. n. 26. quapropter non dicuntur plura Smta sed unum, sicut plures hostiae consecratae quae in genere unum Smtum conficiunt et in numero et in spe plura sint ut etiam constat in exemplo eucharistiae quod Smtum unum est et in diversa materia, hoc est panis et vini consecratur Vasq. d. tomo 3. d. p. 268. n. 7. // 29. Impugnatur 2°

Deinde 1° sententia adducta difficilis redditur ex eo, quod vero dicendum tm maiores ordines Smtum recipere, non vero minores, quia maiores a Xpo instituti essent, minores vero ab ecclesia, ut fatetur Gratianus in fine proemij huius distinctionis 21. quod minores ordines Sacramentum non recipiunt, sicut ecclesia non potuit Smta instituere sed Xpus tm. Cui dubio respondendum est omnes ordines a Xpo fuisse institutos. Trident. d. s. 23. de ordine. c. 2. Acuña plures referens in proemio huius distinctionis. n. 3. nec obstat illa Gratiani autoritas, quia respondetur est Gratianum non negare ordines omnes a Xpo fuisse institutos ut etiam refert Magister sicut in 4. dist. 29. c. 2. et 10. sed tm asserere usum predictorum ordinum diversis et distinctis personis ab ecclesia fuisse concessum, quod ab ea fuit factum, quia initio nascentis ecclesiae propter penuriam ministrorum, aliquibus ordinatis sub omnes ordines dabantur quorum officium gerebant ita ut non posset unus vocari sub diaconus alius exorcista quorum officia postea ab ecclesia singulis et diversis personis est distincta. Et ita est interpretanda doctrina Patrum asserentium minores ordines ab ecclesia fuisse institutos hoc est divisos non vero institutos ut refert Acuña in proemio huius distinctionis. n. 3. et 4. // 30.

Ultimo complementum huius articuli est animadvertendum, quod ordo Episcoporum est quadripartitus et divisus in Patriarchas, Archiepiscopos, Metropolitanos et Episcopos ut constat ex textu in c. vero ordo quod omnes uno eodemque vocabulo Episcopi nominantur ut constat ex textu in c. vero omnes sed propter officia et dignitates quas diversas tenent diversimode appellantur. nam Patriarcha primum locum post Papam tenet et quatuor sunt Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus Ordo episcoporum est quadripartitus.

et

et Ierosolymitanus c. antiqua de privilegiis c. renouantes 6. 22 dist. succedunt his Archiepiscopi, qui est Primates quia non differunt Patriarchis in dignitate Sotom in voce c. 1. 99 dist. c. duo sunt de officio ordin. et quamuis alias nomine Archiepiscoporum soli metropolitani significentur d. c. 1. in fine tamen Primates dicuntur quia ut sic Archiepiscopi sunt episcopi et metropolitani quod iuris latiori solis Primatibus dati d. c. 1. in prim. 99 dist. nec ideo sufraganee apponitur gradus Archiepiscoporum in Rituali nostro siquidem inest sub gradu patriarcharum quia quamuis Patriarchae et Primates quoad iura patriarchalia et officialia quae in suffraganeos exercent aequales sint, tamen inter se differunt quia in sedibus praedicti quatuor Patriarchae praecedunt aliis primatibus d. c. antiqua. et 3. locum tenent Metropolitani sic dicti a mensura ciuitatum quas possident. 4m. locum occupant episcopi sic dicti quia speculatores et praepositi ut prospiciant et corrigant Clericorum mores ut constat ex Rituali nostro vi episcopatus Acuña ibidem n.o 7. finitus fuit articulus 4o Kalendas Ianuarias anno 1649

3us Articulus de materia et forma proxima vel remota singulorum ordinum et gradus

Character initiatis imprimatur

exacta intelligentia nostri cap. c. Cleros

,,, 21. dist. c. praelecti 25. dist. ,,,

1.

materia remota et proxima Sacramenti ordinis.

Materia remota huius Sacramenti est res illa quae ab episcopo suscipienti ordines traditur, proxima vero eiusque materiae remotae traditio, forma vero verba ministri per quae exprimitur actus traditionis et potestas ad rem traditam, nam Sacramentum quod rite sufficitur ex re ipsa et rei traditione id simul cum forma verborum quae exprimitur actus traditionis et potestas vsus di rei traditae ut constat ex concilio Florent. in decreto de Sacramentis §. sextum Sacramentum est ordo, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur ordo iuncto verborum forma. Trid. d. s.e 23. de ordine c. 4. et s.e 24. c. 3. nouissime notat Pater Iosephus in suma tom. 1. de ordine titu. 2. n. 1. Diana in suma verbo ordinis materia n. 1. at proinde Character huius Sacramenti tunc imprimitur quando applicatur materia sub debita verborum forma notat D. Thomas in supplemento ad 3. p. q. 37 art. ult. Bellarminus de ordine tom. 7. c. 9. Enriquez tom. 10. c. 8. §. 2. quae omnia generaliter in omnibus gradibus debent attendi de quibus singulatim a nobis agendum est. ,,

2.

solemnitas ordinationis episcoporum.

Sed cum in singulorum ordinum ministeriis exponendis aliqua ligno sacri canones initium assumant a minoribus ut constat ex d. c. praelectus 25. dist. c. illud. 77. dist. aliquando a maioribus ut in nostro c. cleros. c. episcopus

cum

cu segtibus 23 dist. Nostri vestigia nri Isidori sequentes ab Episcopatus ordine quem verum Sacerdotium suscipere probavimus initium faciamus de quo ratio habetur in c. 9. Episcopus. 2. c. Episcopus 7. 23. dist. c. 1. 75. dist. c. 2. 65. dist. in cuius ordinatione plures ritus et solemnitates observantur et 1.o tres Episcopi adesse et assistere debent c. 1. c. de abiectione 3. 64 dist. c. 6. et 7. de temporibus ordinationum quod summa cum ratione fuit statutum ne tantum beneficium videatur furtive praestitum notat Barb. de potestate Episcopi 1 parte tit. 1. c. 5. et unus tamen Episcopus principaliter totum consecrationem ... facit, caeteri vero quasi coadiutores ut Barb. ubi supra parte 2. allegatione 1. n. 45. Hodie vero consecratio illa mittitur a Pontifice Episcopis duobus vel tribus c. ne Episcopi vel de temporibus ordin. cum non sit de iure divino quod fiat a tribus Episcopis notat Acuña in d. c. de abiectione 64. dist. n.o 2. Barb. ubi supra et in collectaneis ad decretum in c. 1. 64 dist. et constat ex expresse in can. 1. apostolorum ut ordinetur a duobus vel tribus Episcopis Concilium Nicenum 1.m c. 4. Carthaginense 2.m c. 12. Carthaginense 4. c. 2. c. ne Episcopi vel de temporibus ordin. ...

Sed quia non obstat text. in c. fin. 66. dist. ubi apparet Iacobum fuisse primum Episcopum a Petro Iacobo et Ioanne, apostolis fuisse consecratum quae forma consecrationis successoribus ut a iure divino fuit data ut constat ex eo quod Christus successoribus suis dantibus formam ut non minus quam a tribus Episcopis etc. quod cum numerus trium Episcoporum sit iuris divini in hac ordinatione mutari non debet argumento text. in c. si quando 25. q. 1. ut tenet glossa verbo sine tribus in c. ne Episcopi de temporibus ordinationum. Sed eo non obstante verius est dicendum integrum numerum trium Episcoporum non esse de substantia sed tamen de solemnitate nec illud fuisse de praecepto iuris divini sed ecclesiae tamen. Nec obstat verba text. in d. c. fin. 66. dist. quia verba illa alium sensum habent nam ut formam non accipitur pro substantia rei sed tamen pro accidenti idest exemplo, ritu seu ceremonia quam apostoli successoribus relinquere volebant ad solemnitatem praedictae ordinationis notat Turrecrem. in d. c. fin. in fine 66. dist. siquidem non semper forma censetur substantialis sed illa tamen quae vel ex subiecta materia, vel ex mente statuentis talis apparet notat glossa ult. in c. cum desideres ... ex quo ... nam alias si ex praecepto Christi in ordinatione illa numerus trium Episcoporum desideraretur Summus Pontifex in id dispensare non posset d. c. si quando 25. q. 1. id frequenter id facit ut refert Enriq. lib. 10. c. 4. ... Azor. 2.o tomo moralium lib. 3. c. 30. ... numerus ille non est de substantia nec ex praecepto Christi ut tenet Turrecre. in d. c. fin. ubi plurimis rationibus et auctoritatibus ... defendit, unde evenit quod summa necessitate exigente in terris noviter ad fidem conversis aut in aliis in quibus esset penuria Episcoporum illi iusti de causis intervenientibus poterit Summus Pontifex dispensare ut unus Episcopus alium

Obstat text. in c. fin. 66. dist.

4.
Obstat Tx. in c. Archiepiscopus 1º 66. dist.

9.
Cæteræ solemnitates exponuntur.

decret ut Greg. Pp. fecit cum Augustino unico Anglorum Episcopo de quo mentio habetur in c. ult. in princ. 80. dist. notat Barb. plures referens de potestate Episcopi 2ª p. tit. 2. c. 5. nº 5. Surrec. ubi supra nº 4. in fine. ...

Deinde predicti obstat Tx. in c. Archiepiscopus 1º 66. dist. ubi postquam Pp. precipit quod Archiepiscopus ab omnibus Episcopis sue provincie ordinatur asserit quod si aliter fieri presumat irrita erit consecratio et viribus destituta. sed hic dubio respondetur quod verba illa sunt intelligenda non quoad veritatem Sacramenti sed tamen quoad executionem officij si ita sine Pontificis iussu ordinatio fuerit facta ut optime docet glossa ubi irrita in d. c. 1. 66. dist. ita similiter est intelligenda illa Joannis Pontificis 3ª epistola decretalis c. 2. que habetur in 2 tomo conciliorum illis verbis omnia maxime concilio affirmatum est non esse Episcopum qui minus quam a tribus Episcopis factus fuerit Episcopus quia verba illa ita debent intelligi hoc est quoad exercitium non vero quoad consecrationem ratio est quia is qui minus solemniter est consecratus suspenditur et Episcopus appellari non potest quo modo etiam sunt intelligendi Tx. in c. fin. 64. dist. c. Chorepiscopi in fine 68. dist. c. Novatianus 6. in fine 7. q. 1. ...

Plures etiam aliæ solemnitates in ordinatione Episcoporum desiderantur ut est examen fidei, c. quod Episcopus 2. 23. dist. et quod ordinatio fiat in die dominica hora 3ª c. 1. 75. dist. c. quod in aliquo 51. dist. Barb. de potestate Episcopi 2ª parte allegatione 1. n. 42. nec obstat Tx. in c. quo die in fine 75. dist. dum asserit consecrationem illam fieri non posse nisi in die dominica resurrectionis quia respondetur est, dominicam diem ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi non solum in paschate observamus verum etiam per singulas ebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus c. sabato. de consecr. dist. 3. notat Barb. ubi supra. similiter sex Episcopi imponunt super caput ordinandi librum apertum evangeliorum ita ut literæ tangant cervicem capitis et omnes Episcopi tangunt caput ordinandi uno super eum fundente benedictionem c. Episcopus 7. 23 dist. c. 1. 75. dist. et caput ordinati sacra unctione digitos et palmam ungit Episcopus ordinator c. 1. 75. dist. c. un. in princ. de sacra unctione; ungitur in capite ut declaretur esse caput et principem ecclesiæ suæ et in manibus ut ostendatur accipere potestatem consecrandi et benedicendi d. c. un. de sacra unctione ubi late Dd. omnes. traditur consecratio baculum quod significat potestatem desiliendi Agrigranense c. 9. Barb. de potest. Episcopi 1ª parte tit. 1. c. 5. n. 18. Summus Pp. non utitur baculo tum propter historiam tum propter misticam rationem d. c. un. in fine et utramque eam exponit glossa penult. et ult. in d. c. un. Barbo. ubi supra n. 23. similiter etiam annulus ei traditur in 4 digito a police, manus sinistræ ut sanctam ecclesiam sponsam suam integra fide armatus custodiat. c. clerici de vita et honest. cler. Barb. ubi supra nº 25. consecrator etiam sublato libro de capite

Pte tradit ordinato librum evangeliorum in hac formula accipe evangelium et vade et praedica populo tibi commisso potens est enim Deus ut augeat tibi gratiam suam, imponitur etiam mitra cum duabus punctis in eius fine quae scientiam utriusque testamenti designat, et anterior puncta novum, posterior vetus testamentum significat quae duo testamenta episcopus scire debet c. quod episcopus 2. 23. dist. Solitis etiam novus [illegible] cirotecis manus opperit ut nesciat sinistra sua quid facit dextra Barb. ubi supra n. 20. ubi plures alios ritus et solemnitates refert Durantius ubi supra [illegible] omnibus mentio fit in caeremoniali Pontificali et quod concordius consecrandus episcopus debet suscipere intra tres menses a die confirmationis quae quandoque subijcienda amissioni fructuum et negligens per alios tres menses ecclesiae suae privatur c. quoniam 75. dist. c. quoniam 100 dist. Trid. sess. 23. de reform. c. 2. Barb. de potest. Episcopi parte 2. allegatione 9. n° 30. nec obstat text. in c. ordinationes 1. § tempus 75. dist. dum praecipit ne consecratio ultra tres menses post electionem prorogatur sed non post confirmationem quia text. ille debet intelligi de electione iam semel confirmata, vel de electione a Pontifice facta quae vim electionis et confirmationis tenet notat Archidiaconus et Geminianus ibidem Abbas in c. cum inculti § cum u° de electione Barb. ubi supra parte 2. allegatione 1. n° 41. 2 — de electione n. 3.

Valde inter doctores est controversum quae sit materia huius sacramenti nam Archidiaconus in d. c. episcopus 7. 23. dist. existimat nihil certum affirmari posse, non nulli asserunt materiam esse unctionem chrismatis quae imponitur episcopo in capite et manibus in qua imprimitur character argumento text. in c. 1. de sacra unctione sed haec oppinio convincitur ex eodem text. in principio ubi cavetur quod si desunt [illegible] in consecratione episcopi fuerit praetermissa potest in ipso suppleri sed verum est quod ordinatio non potest iterari c. 1. et fin. de sacramentis non iterandis ergo supponitur materiam huius sacramenti non esse unctionem. alij vero existimant materiam esse librum evangeliorum qui imponitur, quod sententia impugnatur a glossa fin. in c. episcopus 7. 23. dist. dum asserit quod quia traditio libri et annuli sit de praecepto ecclesiae et omitti non possit tamen liber non est materia huius sacramenti quam glossa sic sequitur Sanch. lib. 7. consiliorum c. 1. dubio 12. n° 23. et dub. 14. n. 6. gratia hic et alijs omissis verius dicimus esse existimo materiam huius sacramenti esse impositionem manuum episcoporum. Trid. sess. 23. de ordine c. 3. actuum apostolorum c. 6. vers. 7. Paulus ad Timotheum c. 4. Carthaginense 4. c. 2. relatum in c. episcopus 7. 23. dist. quam sic tenet Bellarminus de sacramentis c. 12. et de ordine c. 9. Sanch. ubi supra Barb. de potestate episcopi parte 1. c. 9. n. 12. nec obstabit si dixeris in ordinatione episcopi sicut etiam in ceteris sacramentis assignandam esse materiam proximam et remotam ex doctrina d. illi Florentini adducta ergo [illegible] solum manus impositio non est materia huius ordinis episcopatus. Quia respondetur cum Bonac. de ordine disp. 8. q. un. punct. 3. dum asserit manus ipsas esse materiam remotam impositionem vero manuum esse proximam quae manuum impositio sufficit ab uno fiat episcopo ceteris praesentibus ut supra diximus cum concursu trium episcoporum non sit de substantia — quae sit materia et forma ordinis episcopatus. 6.

sed

id de solemnitate ex ostitutione ecclesiae, forma vero huius ordinis Episcopatus sunt verba illa accipe Spiritum Sanctum Barbosa ubi supra alleg. 16 n. 20. Enriquez in summa lib. 10 c. 6 § 3. at quae aetas ex sacerdotio ante promotionem episcopatus desideretur, adiicimus in art. de subiecto capaci ad ordines.

7 Materia et forma ordinis presbiteratus.

Loco venit ordo presbiteratus pro cuius intelligentia sciendum est ubi materia et forma ordinis presbiteratus conficiatur, materia enim huius sacramenti est traditio calicis cum vino et aqua et patena cum pane, forma vero est accipite potestatem offerendi sacrificium Deo pro vivis et defunctis ut constat ex decreto Concilio Florent. § sextum sacramentum est sicut presbiteratus traditur per calicis cum vino et patenae cum pane porrectionem qua forma et materia ordinato confertur vera potestas consecrandi corpus et sanguinem Christi Domini nostri ut significat per dicta verborum forma et ostendit satis huius ordinationis quae paulo post una cum episcopo consecrat. est et alia materia et forma huius ordinis materia nempe impositio manuum episcopi, verba quae profert dicendo accipite Spiritum Sanctum quorum remiseritis peccata etc. Concilium Nicenum c. 9. Antiochenum c. 10. Carthaginense 4 c. 3. c. presbiter 23 dist. Trid. sess. 14 c. 3. c. ex multis 1 q. 1.

8 Quae in prima materia et forma quae in 2a conficiatur hic ordo.

Valde inter DD. controversum quae in prima materia et forma conficiatur sacer ordo quae in 2a et satis alterutra ex illis sufficiat, et omnes illa materia et forma essentialiter desiderentur. In qua quaestione Sotus in 4 dist. 24 q. 1 a. 4 Valla q. 1 de sancto ordinis et alii theologi affirmant sacerdotium integre efficiu... 1a tantum per traditionem calicis cum vino et patenae cum pane moventur ex eo quia Florenti Concilium d. § 6 de tantum huius 1a materia et formae mentionem fecit, 2a quia si forte casu aliquo morbo, aut morte repentina episcopus impediretur quo minus post 1am materiam et formam 2am proferret accipite Spiritum Sanctum non posset conferre nemo dubitat quin ille iam esset factus sacerdos sicuti Apostoli fuerint in cena Domini in illis verbis hoc facite in meam commemorationem Trid. sess. 22 c. 1 cum Spiritum Sanctum ut 3a quaestio primum post Christi resurrectionem accepisset. 3o eorum sententia probatur ex textu in c. pastoralis c. presbiter de sacris non iterandis in quo utrisque constat ordinem factum sine manus impositione non esse iterandum sed caute supplendum quod incaute omissum fuerit hoc est in illa manus impositio quae iura demonstrant manus impositionem non esse de essentia presbiteratus quia alias si esset iteraretur ordo.

9 2a sententia

Sed quae ex aliis omissis opinionibus traditis a Bonaventura in 4 dist. 24 parte 2 art. 1 q. 4 verius est dicendum non solum traditionem calicis et patenae sed etiam impositionem manuum pertinere ad essentiam sacerdotalis ordinis, quod sententia probatur ex textu in c. ex multis ubi quia sacerdotium manus imponunt 1a q. 3 c. Daibertus ubi ei cum manus imparuit 1a q. 7 quae iura demonstrant per manus impositionem etiam ordinem conferri. quam sententiam tenent Sanchez lib. 7 consil. c. 1 dubio 12 n. 20 cum traditis a Barbosa de potestate episcopi 1 p. tertio allegatione 18 n. 8 D. Th. in 4 dist. 24 q. 1 a. 1 Bellarminus lib. 1 de sancto ordinis c. 9.

10 In ordine presbiteratus duae potestates conferuntur.

Quare tenta aut facilius fundamenti prioris opinionis respondeam, animadvertendum est in ordine presbiterorum duas conferri potestates unam consecrandi eucharistiam quae dicitur potestas in verum Christi corpus, alteram absolvendi a peccatis quae dicitur po

potās in corpus Xpi misticu. 1ª ratt porrectiōe calicis cū vino et patenæ cū pane cū illis vbis epō dicente accipite potestatē offerendi etc. 2ª cū postmodū eps manū imponēs dicit illa vba accipite spm sanctū quorū remiseritis peccata etc. ex qq deducitur utramq ceremoniā ēē necessariā ad cōferendas diversas potestates quas et divisit dns in ordinatiōe apostolorū siquidē 1ā dedit in cœna qn dixit hoc facite in meā commemorationē. 2ā post resurrectionē qn dixit accipite spm sanctū quorū remiseritis etc. Concilio Trid. sess. 22 de sacrificio missæ c. 1. cuius exemplo etiā ecclia id debuit facere hoc ē dare unā potestatē sive sint duo caracteres ut nulli existimant sive unus dūtaxat q in 2ª ceremonia expenditur q verius et ē certius apud DD.

Quibus suppositis facilis iā apparet solutio fundamentis 1ª oppositionis sup. n. 6. adductis nec obstat 1ū ex decreto concilio Florēt. qa patres ibi licet fuerunt integrū sicut 2ª ... maius tñ expressē magis subsistentem et peculiarem quam ordinis nempe calicis cū vino et patenæ cū pane et forte manuū impositio ab illis fuit omissa qa tacite illa formula dūs erat ceteris ordinibus sicut Armeniorum quos instruebat tunc temporis fortasse in ea re errabat ut notant DD. sup. citati. Nec obstat 2ū qa rendiū ē verū ēē sacerdotes ordinatos manere p illa vba accipite potestatē offerendi sacrificiū etc. nā p illa vba accipiunt potestatē consecrandi super verū Xpi corpus n̄ tñ accipiebāt sup mysticū Xpi corpus ad dimittendā peccata quousq manus ab epō imponeretur cū illis vbis accipite spm sanctū etc. qq et gratia ... concedit. Concilio Trid. sess. 23 c. 4. unde si manus impositio fuerit omissa sacerdos n̄ haberet potestatē absolvendi ut notant Suarez, Vlc. et Enriquez locis sup. citatis. 12.

Nec obstat 3ū ex decreto c. presbiter. fin. de sacris n̄ interpretatis ... iterandis qa Pōtifex ibidē nihil aliud denotat q ceremonias rite peractas c. presbiter fin. n̄ ēē repetendas sed suppleri debere manus impositiōe quæ fuerit ... de sacris n̄ iterandis. ... q ... nobis militat si advertamus ... fin. n̄ loqui de manuū impositiōe quæ ab epō fit ut materia necessaria ordini presbiteratus ad remissiōe peccatorum sed loquitur de alia manuū impositiōe accidentali seu ecclesiastica quadā ceremonia quæ ab epō et aliis presbiteris absq illis vbis adhibetur ante collatiōe potestatis ad absolvendū quæ fit sēm ritū et exemplū apostolorū ut indicant Vbalt... in d. c. fin. a ritu apostolorū introducito ita sentit Gaspar Hurtado plures referens de ordine disp. 22. n. fin. et quia ... illū velimus intelligere de essentiali manuū impositiōe in qua consistit materia partialis ordinis presbiteratus aequè resoluti ... n̄ obstabit nā licet Pōtifex dixerit manus impositiōe epi incautè p̄missam cautè ēē supplendā et ordinē n̄ ēē iterandū n̄ exinde negat manuū impositiōe p̄tinere essentialiter ad ordinē presbiteratus plene et perfecte tribuendū sed q ceremonia illa ad potestatē absolvendi p̄t dari et effectū sortiri separatim hoc ē statuto et diverso tpore absq reiteratiōe alterius materiæ et formæ 2ª quæ versatur potās sacerdotalis conficiendi corpus et sanguinē Xpi dni nri et sm hanc interpretatiōe

n̄ obstat

Ad fundamentū 1ª oppositiōe ad ductis. 11.

non iterandis.

13.
Si calix sine vino et patena sine pane tradatur, an ordo sacer conferatur.

n. obstat Ho. Ex m. d. c. presbiter ritu apostolorum introducto quod non intelligendum
est apostolos in ordinatione ritum illum cepisse exercere nec instituisse.

Unde venit dispũtanda quaestio an si in ordinatione presbiteratus
postulimo tradita fuerit calix sine vino et aqua, aut patena sine pane cum
natura specie et cum solo vino et tamen pane ut quis temporibus non sed sepius evenire le-
gimus, valida sit ordinatio itaut denuo non sit iteranda. in quo dubio non nulli gravissi-
mi asserunt ordinationem illam validam esse neque iterandam movent ex eo quod in ga cordina
tione integra materia ex precepto ecclesiae sit traditio calicis cum vino et patenae cum hos
tia tamen traditio unius cum altera specierum censetur materia sufficiens sicut non datur di
visim potestas in una tamen specie nam qui potest unam potest et utramque consecrare cum
Christi corpus sit coniunctum sanguine et sanguis corpore; faciunt ad id quod non nulli asse
runt Pontificem dispensasse in provinciis Saxoniae propter vini defectum ut cum solo pane
sacrificium missae fieret et in consequenti asserunt Episcopos in terris illis posse ordinare sa
cerdotes cum sola materia panis; quae fundamentis hanc sic tenet Enriq. lib. 10. c. 6. n. 1.
14
Sanc. lib. 7. consiliorum c. 1. dubio 22. n. 27. cum aliis ab eo relatis.

Refertur opinio magis recepta.

Sed et gravissimorum auctoritatem tot gravissimorum doctorum potius videatur
ut sentit Bonac. disp. 8. de ordine q. un. p. 3. n. 3. tamen mire et difficili veri di
cendum esse existimamus ex defectu unius materiae nullam esse ordinationem. 1o quia Concilium
Florent. supra relatum utramque materiam in ordinatione sacerdotii necessariam esse exponit. 2o
quia Christus non in ultima cena utramque materiam adhibuit quo signum est utramque esse de necessitate.
3o quia quod legitur in non nullis provinciis ex dispensatione apostolica cum solo pane permissum esse
celebrare falsum esse ostendit Vala. de Smtis. disp. 6. q. 10. p. 4. Suarez dicta
se. 4. quae rationibus opinio peritorum huius inclitae Salmantinae universitatis obtinuit
dum asserunt ex defectu unius materiae ordinem saltem sub conditione esse reiterandum neque inte-
rim ordinato licere illo uti ne exponatur presbiter periculo non consecrandi, non absol
vendi poenitentes atque alia Smta non efficiendi quia alias ex defectu ordinis id
cederet in maximum ecclesiae et proximorum detrimentum; quae doctrina libera est ab opi
nionibus cum in eo non possit esse deceptio quo in casu non tamen illa pars quae defuit de
bet sub conditione reiterari sed integrum ordinem presbiteri, nam si ordinatio primum potes
tatis offerendi fuit nulla ob defectum materiae consequens est esse nullam collationem potestatis
absolvendi cum facultas potestatis ut praevaleat presupponat illam fuisse validam et si
1a consecrandi fuit nulla erit et 2a absolvendi quae ratio non militat in manum
impositione quae si incaute fuerit omissa ea sola suppleri potest si 1a consecrandi
rite et solemniter fuerit celebrata d. c. fin. de Smtis non iterandis, quam sic
tenent Granado l. de Smto ordinis 3. p. 1o. controversia q. tract. 9. disp. 6. Vala. ubi supra
Suarez disp. 43. s. 1a. Ledesma in summa 1a p. 4o. de ordine c. 3. ni la tercera di
ficultad. Diana 4 p. tr. 10. resol. 129 cum aliis ab eo relatis et in eius compendio verbo
ordinis materia n. 1. Villalobos in summa 1o tomo tract. 22. dificultad 4. n. 2. quam di
lecti doctores huius universitatis sequuntur. Barb. de potestate Episcopi p. 2. allegatione 14.
n. 7.

n. 7. et deinde ecclesiae tt. 1. c. 31. n. 27. Nec huic sit obstabit quod refert Abbas
in additionibus ad 33. q. 3. cap. quod scribit in missa datione calicis sub forma verborum
determinata imprimi sacerdotalem caracterem et sic cum S. Doctor non faciat mentionem
hoc de pane vi sentire utramque simul separatam receptam esse sufficientem huius ordinis
materiam. Quare rendum est D. Thomam breuitatis causa, et per compendium meminisse tantum
de traditione calicis, dum non ex eo vi excludere traditionem patenae cum pane nec manus
impositionem de qua immediate in superiori art. tractauerat. // 15.

Est tamen magnopere aduertendum quod quis sacerdos plura ministeria conferat tamen sacramentum confirmationis conferre poterit ut constat ex ... c. cle- Inter praelatos Ez in
ros vi° presbiter. c. 2. 9. dist. Sed huic sit obstabit Ez in c. ecce. 95. dist. ubi c. ecce. 6. 95. dist.
congruum confirmare ex quo deducitur presbiterum posse sacramentum confirmationis conferre. c. ministrare. 26
rendum est quod episcopi tamen sint ministri sacramenti confirmationis ut supra diximus tamen q. 6.
aliqui presbiteri poterunt obtinere extraordinariam potestatem huius sacramenti duabus
conditionibus. 1.ª si delegatio Pontificis intercedat. 2.ª si desint episcopi ut in c. 1. 95.
dist. ad quos casus sit restringenda illa negatio Ez in d. c. ecce. 95. dist. notat glossa
1. in c. quanto de gradibus. Cobb. tt. 1. var. c. 10. n. 6. contradicit al. Acuña in
d. c. 1. 95. dist. n. 1. potest sacerdos etiam praesente episcopo in missa benedictionem po-
pulo dare, et ab episcopo petens quam ipse non negabit Ez ita intelligendum in c. ecce. 6.
95. dist. siquidem minor a maiori benedicitur. c. denique iuncta eius glossa verbo bene-
dicere. 21. dist. Sed huic sit obstabit Ez in c. ministrare 26. q. 6. in illis
verbis benedictionem quoque super plebem in ecclesia fundere aut poenitentem in ecclesia be-
nedicere presbitero penitus non licebit, ex quo constat benedictionem super populum
non esse post missam sacerdoti sed tamen episcopo, argumento Ez in c. 8. de priuilegiis tt. 6.
Sed huic dubio rendum est Ez in d. c. ministrare loqui in benedictione quam episcopi
post missam populo sibi commisso solemniter confert quae benedictio soli episcopi ibi
reservata est, at vero Ez in d. c. ecce. 6. 95. dist. loquitur in benedictione priuata
quam presbiteri post missam populo poterunt conferre per illa verba benedicat vos Deus
omnipotens etc.ª quam inter praelatos tenet glossa verbo benedicere in d. c. ecce 6. 16.
95. dist. Acuña ibidem n. 2. et 3. //

De episcopis et presbiteris diximus nunc vero in 3.º loco de diaconatus ordine maa et forma
et eius materia et forma videamus, diaconi hebraice dicuntur leuitae, a Leui fi- ordinis diaconatus.
lio Iacob, qui tres habuit filios, a quibus tres familiae leuitarum emanarunt. genesis
c. 46. exodi. 6. qui leuitae ministrabant cum sacerdotibus in templo seu tabernaculo
ubi arca erat posita, graece dicuntur diaconi, latine ministri ut constat ex numeris
vero leuitae in veteri. 7. iuncta eius glossa verbo leuitae 77. dist. Acuña ibidem
n. 2. et 15. Materia non huius ordinis diaconatus est impositio manuum episcopi cum tra-
ditione libri euangeliorum, et alterius rei per quam potestas eius significatur. decretum
Florent. can. 6. c. diaconus 23. dist. formalis vero est quam cum predictis materialibus
conferuntur. scilicet accipite potestatem legendi euangelium in ecclesia Dei tam pro vivis,

quam

quaz pro defuncti ut habetur in Pontificali et quamvis verum sit diaconum vere ordinari per manuum impositionem cum Episcopus profert: accipite spiritum sanctum ac robur etc.ª ad differentiam subdiaconi in quo non consecratorie sed tamen benedictorie manus imponuntur: c. subdiaconus 23. dist. Concil. Carthagin. c. 4. tamen hoc non ita intelligendum est quin etiam diaconus vere partialiter ordinetur per traditionem libri evangeliorum ex D. Concil. Florent. sicque non ex eo quod liber evangeliorum tradatur negatur ut supra diximus quin etiam impositio manuum ad diaconi ordinationem partialiter cum libro pertineat notat Sanc. tract. 7. consiliorum c. 1. dub. 12. n. 3. Soto q. 1. ar. 3. Valbos. D. tract. 11. difficultate 4. n. 1. novissime Pater Lorenzo de ordine dtt. 2. n. 6. Bonac. disp. 8. punct. 3. n. 4.

17. impugnatur materia ordinis diaconatus. Sed huic sententiae valde obstabit dicere quod in initio nascentis ecclesiae tempore apostolorum quo septem diaconi sunt ordinati actuum apost. c. 6. c. diaconi 93. dist. ibi late. Nec una adhuc liber evangeliorum non dum scriptus fuerat siquidem primum evangelium fuit scriptum a D. Matheo anno 8. post Christi ascensionem ut refert Baronius anno Christi 41. n. 14. quo in tempore diaconi iam erant ordinati ut ipse Baronius refert anno 33. n. 283. in qua difficultate Enriq. lib. 10. c. 8. § 2. Vasquez disp. 238. c. 4. n. 43. asserunt in primitiva ecclesia apostolos ex Christi dispensatione diaconos ita ad tempus ordinasse ut sic si manuum impositio suppleret traditionem libri evangeliorum quorum solutio fortissimis argumentis impugnatur et convincitur ab Egidio Coninc de sanctis ordinibus dub. 7. conclusione 3. n. 63. quare hac et aliis omissis veriorem esse existimo quam refert Bellarminus lib. de ordine c. 9. ad finem dum asserit Christum dominum nostrum instituisse materiam huius ordinis in impositione manus Episcopi et in traditione alicuius rei in qua diaconi officium designaretur, sed quae res esset tradenda dominus reliquit determinandum ecclesiae et designavit tamen verbo quod res esset benedicenda notat Suarez 3. tomo disp. 33. s. 2. ubi restat ut quemadmodum etiam in aliis materiam et formam Christus instituit in consensu ecclesiae sententiam certis verbis aut aliis signis expressum sed haec signa non determinavit in particulari sed reliquit ea suo usui et voluntati consentientium qua propter nihil refert quod in primitiva ecclesia non fuisset diaconus traditus liber evangeliorum ut post tempore traditur sicque tunc praeter manus impositionem potuit alia materia tradi per quam ministerium altaris et diaconi officium designaretur ut notat Suar. 3. tomo disp. 33. sec. 2. ubi restat ut ...

18. quod proprie ex ordine diaconatus competat ministerium praedicandi interpretatur Ex m. c. ad haec 16. q. 2. Ex qua libri evangeliorum traditione et eius forma videtur probari ad officium diaconorum pertinere potestatem legendi et praedicandi evangelium Deinde constat ex Alu. in d. c. perlecto ubi praedicare evangelium 25. dist. c. in sancta ubi ad praedicationis officium 92. dist. c. diaconi ut ipse praedicat 93. dist. quod omnibus valde obstat Ex m. c. ad haec 16. q. 2. ubi hoc expediri statuimus ut praeter domini sacerdotes nullus audeat praedicare ex quibus verbis constat praedicationem munus tamen sacerdoti competere non vero diacono ex vi ordinis diaconatus ac per consequens domini videbatur traditionem libri evangeliorum

ordinem non esse congruum et verum magis diaconatus. Sed hic dubio vendicatur ē verissimum esse tantum sacerdotibus munus praedicandi competere. d. c. adijcimus 16 q. 1. nec obstat Textus in d. c. perlecti cum similibus quia iura illa debent intelligi non de praedicare quod ē de explicatione evangelij ad populum, sed tantum de eius lectione a diacono decantanda notat glo. verbo sacerdotum in d. c. adijcimus 29 16 q. 1. glo. verbo praedicandi in d. c. 92 dist. poterit tamen de licentia episcopi praedicare non tamen ex vi ordinationis, Navarrus consilio 1 de offic. deleg. et in manuali c. 25 n. 291 D. Thomas 3. p. q. 67 a. 1 ad principium Durandus in rationali diuinorum lib. 2 c. 9 n. 20 cum traditis ab Acuña in d. c. diaconi 23 n. 2 93 dist. ::

19 interpretatur Textus in c. diacones 23 c. praesente 28. 93. dist.

Praeterea his omnibus obstat Textus in c. diacones 23. c. praesente 28. 93. dist. in quibus iuribus constat quod inter alia officia et ministeria quae diaconis competunt illud etiam ē ministrare populo sanctam eucharistiam a presbitero consecratam et tamen illa potestas non exprimitur per traditionem libri evangeliorum quae materia et forma sic adducta non erit sufficiens ad diaconatus ordinem. Sed hic dubio respondendum ē quod quis diaconatus ordo tendat ad eucharistiam sanctam et ministeria quae aguntur in sanctis d. c. perlectis vers. ad diaconum 25 dist. tamen eis consecratio eucharistiae non permittitur ut in c. clericos versu leuitae. Sed si necessitas urgeat absente presbitero poterit infirmis eucharistiam sanctam conferre d. c. praesente c. diacones 93 dist. iuncta eius glo. verbo necessitas. Sed cum potestas illa non possit exprimi per traditionem calicis vacui quoniam ē materia subdiaconatus nec per traditionem calicis pleni cum materia consecranda quia illa ē materia presbiteratus qui ē ordo excellentior et materia unius sancti non decet esse alterius merito oportuit magis illam exprimere per libri traditionem cuius proprium officium ē evangelia decantare notat D. Bonaventura in 4 dist. 24 Paludanus q. 2. Acuña plures refert in d. c. diacones n. 3. et in d. c. praesente n. 1 ::

20 diaconis competit potestas absoluendi a peccatis nequaquam

Ex quibus constat diaconis non competere potestatem absoluendi seu dimittendi peccata cum haec potestas solis sacerdotibus competat. c. verbum dei 92 vers. cui non hoc soli ministerium ē sacerdotibus de penit. dist. 1 c. omnis utriusque sexus de penit. et remiss. et de fide difinitum ē in concilio Trid. ses. 14 de penit. c. 6 et 10 et ses. 23 de sacramento ordinis c. 1. atque ideo diaconis non competit quia clavium ecclesiae potestatem non habent c. beneque iuncta eius glo. verbo per Romanum Pontificem 96 dist. Doctor Valentia plures refert in d. c. omnis utriusque sexus n. 6. Sed contra his valde obstat Triburiense concilium relatum in c. fures 2 de furtis ex cuius decisione constat quod si fures vel latrones vulnerati depraehensi et confessi fuerint presbitero vel diacono si postea decesserint non ē illis deneganda communio quod supponit quod sicut presbiter ita et diaconus minister penitentiae et absolutionis erit. Cui difficultati ut respondeant non nulli asserunt quod vox illa diacono in d. c. 2. non ē autentica, nec invenitur in ipso concilio Triburiensi, nec apud Burcardum lib. 12 decreti c. 75 ubi verba dicti concilij Triburiensis referuntur ideoque verbum illud diacono in d. c. 2. a textura eius delendum esse existimat Ant. Augustinus ad 13 collectionem decreti in notis ad Textum in c. fures 23 q. 2. Sed his omnibus difficultas effugiunt ponitur quae explicant et vincunt ex textu in c. fures 23 q. 2 ubi etiam diacono legitur pro Deo ut August. existimat ::

21 interpretatur Textus difficilis in c. fures 2 de furtis

Omissa etiam interpretatione glo. verbo diacono in d. c. 2.

Abbatis ibidem n° fin. quem sequitur Egidius de. 8. de penit. dub. 2. Sotus in 4. dist. 18. q. 4. ar. 2. ad fine dum asserunt textum in d. c. 2. accipiendum esse de eo quod erat in penitentia solemni cui reconciliatio deficiente sacerdote ad diaconum pertinebat et sic de solemni reconciliatione penitentis quae reconciliatio in primitiva ecclesia observabatur, textum illum non vero de sacramentali absolutione esse intelligendum quae in tractatu de rebus textus adaptari possit, eamque olim omnes sequebantur, hodie vero re altius perpensa verius dictum esse existimo verba illa presbitero vel diacono confessi fuerit denotare et significare quod si fures vel latrones ita confessi et vulnerati antequam decesserint, dederint signa penitentiae coram presbitero vel diacono itaut presbiter vel diaconus dominati sint non tanquam absolutionem imponentes et confessionem accipientes sed tamen tanquam testes signorum penitentiae, tunc non erit latronibus illis denegan da communio quae quidem non accipio de eucharistia sed de communione ecclesiae xpianae quae ecclesia orat pro mortuis et offert sacrificium eorum nomine quod ad altare recitari consueverat quod etiam concedebatur sepultura. c. 12. de sepulturis quod in tractatu deducitur ex verbis illius textus parte dum asserit pro furibus et latronibus sine predictis signis decedentibus non esse orandum quod secus erit si cum signis illis coram presbitero vel diacono decesserint ut constat ex verbis illius textus praecedentibus, accedit etiam quod textus ille ex integro loquitur de raptoribus rerum ecclesiarum contra quos latae excommunicationis sententia et ideo de absolutione ex communicationis intelligenda. finalia illius textus verba quod in tractatu deducitur ex concilio Arelatensi c. 12. et ex textu in c. eos. 228. de consecratione dist. 4. ex quo constat esse orandum pro illis qui in penitentia positi sic decesserint. »

22. Intractatur textus in c. 2. in prime de penit. dist. 6.

Sed huic interpretationi obstabit textus in c. 2. de penit. dist. 6. illius verbis si deest sacerdos confiteatur proximo, ex quo colligi videtur non solum presbitero deest laico penitentem declarari et fieri posse quo facilius diacono; cui difficultati respondet Navarrus ibidem n° 76. dum asserit verba illa esse intelligenda de illo casu quo sacer dos defuit, nam tunc quis poterit laico confiteri propter aliquas utilitates quas secum fert scilicet propter verecundiam et ruborem, maiorem dolorem peccatorum et contritionem perficiendam non vero ad hoc quod possit laicus sacramentalem absolutionem imponere, notat Enrriquez in summa lib. 1. c. 2. § 7. Nec etiam obstat textus in c. sanctum de consecr. dist. 4. ubi D. Augustinus laudat factum illius qui in periculo naufragii confessus fuit laico, quem re

- Sanctum 36. de consecratione dist. 4.

center baptizaverat quia factum illud ab Augustino laudatur non ex eo quod laicus possit sacramentum illud conferre, sed tamen propter effectus supra adductos. »

23. Diaconus an possit solemniter baptizare?

Unde dimanat illa difficilis quaestio an diaconus ex vi ordinis possit solemniter baptizare? et quod hoc potius ex vi ordinis diaconis competat probari videtur ex ceremoniali pontificali titulo de ordine diaconorum in illis verbis diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare et predicare, et Tertullianus de baptismo ita scribit ius dandi baptismum summus sacerdos habet, presbiteri et diaconi, sed ex diametro his omnibus obstat concilium Florentinum de sacramentis siquidem dum definit ordinarium ministrum baptismi esse presbiterum satis significat nulli inferiori ministro hoc munus competere, facit etiam textus in c. diaconus 93. dist. ubi Gellasius papa asserit quod diaconi absque episcopo vel presbitero baptizare non audeant nisi istis absentibus necessitas extrema compellat

- ós

q. et laicis Xpianis facere plenumq. concedit, fovet etiam Textus qui in Isidorus refert in c. constat. 19. de conse. dist. 4. dum asserit baptisma a solis sacerdotibus esse peragendum non a diaconis, nec aliud est quod idem Isidorus in nro c. perlectis vi addiaconum 25. dist. demonstrat nempe diacono tantum incumbere ex officio assistere sacerdoti in baptismo idem ministrare illo et introducere catechumenos et praeparare illos ad baptisma quod diacono ex officio et vi ordinis non competit actus baptizandi solemniter. 24.

Ex qua authoritatum varietate dicimus esse verissimum esse Diaconis ex vi ordinis nec ex officio competere ministerium solemniter baptizandi ut constat ex d. concilio Florent. d. c. diaconos 13. 93. dist. cum similibus supra adductis notat D. Thomas q. 67. ar. 1. in corpore, Granados 3. tomo controversiarum tract. 9. disp. 1. n. 4. contraditis ab Acuna d. c. diaconis 13. 93. dist. n. 2. nec obstat authoritas Pontificalis Romani cum similibus supra adductis quia vera eorum solutio adnotatur cum Catechismo Romano 2a parte c. 1. de bapt. § 18. ministrum baptismi esse triplici differentia in genere, alius est minister ordinarius cui ex officio competit ministerium baptizandi qualis est sacerdos d. concilio Florent. cum similibus, alius extraordinarius quod est ex delegatione seu commissione qualis est diaconus d. c. diaconos 13. alius denique est necessitatis qua existente licite baptizat ut est laicus et caeteri omnes ex quo constat diaconum non esse ordinarium baptismi ministrum, nec ei competere ex vi ordinis ministerium baptizandi solemniter nisi necessitas urgeat praecedente episcopi vel presbiteri commissione et ita est intelligendus Textus in d. c. diaconis. d. c. constat ibi absque episcopo vel presbitero hoc est absque commissione episcopi vel presbiteri notat glossa in d. c. diaconos. Nec huiusmodi obstabunt ultima verba Textus in d. c. diaconos d. c. constat ibi nisi his forte absentibus extrema necessitas compellat quod et laicis fidelibus facere plerumque permittitur ex quo probari videtur nihil differre diaconos a laicis in potestate baptizandi. quia respondetur verba illa esse intelligenda de baptismo privato et non de solemni quod in extrema necessitate confertur a Diacono absque episcopi vel parrochi commissione et in eius defectum a laico, ne quisquam sine baptismo decedat unde intelliguntur verba Romani Pontificalis ibi diaconum oportet ministrare ad altare baptizare et praedicare quia verba illa minime denotant competere diacono ex officio et vi ordinis, baptizare solemniter independenter a parrocho vel episcopo, sed ex commissione eorum vel adiuvando quo Sacramentum baptismi conferunt Xpi. Textus in d. c. perlectis. c. diacones 13. d. c. constat 19. notat Sotus in 4. dist. 4. q. un. ar. 2. Vasquez ubi supra disp. 147. c. 4. n. 23. Suarez d. 3o tomo disp. 31. s. 2. et 4. Egidius de Sacramentis dubio 3. 25.

Ex dictis apparet officium diaconi esse sacra ministrare hoc est evangelium recitare ut constat ex iuribus et rationibus supra adductis quinimo cum sacer ordo sit manus impositionem recipiat quod ad sacra munera iubanda et ministranda eligitur ut constat ex actu apostolorum c. 6. c. diaconi 27. et 28. cum aliis 93. dist. nec huiusmodi valde obstat 6a synodus canone 26. ubi cavetur diaconorum officium esse non ministeria sacra sed profana tantum hoc est mensas et dicta illas necessaria discipulis ministrare et bonis elemosinam dare constat etiam ex d. c. legimus in principio, cuius concilii canonem erroneum esse sicut alios ipsius sexte synodi existimarunt Corolianus et Beverinus in notis ad eundem Textum Baronius 1o tomo annalium anno Xpi 34 n. 143. quare

Ex authoritate Pontificalis ceremonialis.

25.
Intr. constat 6a Synodus c. 26.

Hac

hac et alijs omnibus verius est dicendum quod in primaeva ecclesia officium subdiaconis erat in unctis ita ut pertineret etiam ad corporale mensarum ministerium, ne Apostoli a praedicatione divertirentur ut constat ex c. 6 apostolorum, postmodum vero hoc munus illis fuit sublatum et gradus sacri ordinis absolute eis fuit collatus, deinde quia probabilius est illos septem diaconos per Apostolos constitutos verum sacri ordinis gradum suscepisse tunc quando ordinati fuerunt per manus impositionem ut constat ex d. c. 6. apostolorum, tunc etiam quia ipsi ministrabant apostolis praedicantibus verbum Dei et eius praedicationi c. diaconi 23. 93. dist. et sic non solum ad ministerium mensarum verum etiam ad cultum divinum et ministerium sacerdotum fuisse institutos ut constat ex d. c. legimus 95. dist. accedit etiam quod Paulus 1a ad Timotheum semper coniungit diaconos cum episcopis, hoc est cum sacerdotibus et constat ex omnibus apostolorum capitulis notat Bellarminus tomo 1. de ordine c. 6. idem tomo 2. de clericis c. 23.

26 — materia et forma ordinis subdiaconatus.

Subdiaconi graece hypodiaconi vocantur quia ita appellantur quia subiacent praeceptis levitarum hoc est diaconorum, quos apud hebreos Natinei vocantur, latine idem significant quod humilitate Domino servientes ex Christo nostro vel hypodiaconi iuncta eius glossa vel Natinei cuius officium refertur in d. c. perlectis vel ad subdiaconum 25. dist. materia ordinis subdiaconatus non est impositio manus nec traditio libri epistolarum ut nonnulli existimant sed traditio calicis vacui cum patena sine pane, nam alia insignia et caeremoniae in eius ordinatione adhibeantur tamen potius pertinent ad ritum ecclesiae quam ad solemnitatem essentiam, et substantiam ordinationis. forma vero illa quae ab episcopo profertur hoc est videte cuius ministerium vobis traditur ut constat ex d. decret. Florentini n. 5. 6. Cartaginensi c. 4 et 5. relato in c. subdiaconus 25. 23. dist. nec interest quod calix sit consecratus nec ne 1o quia decretum Florentinum in d. § 6. id non desiderat et quia quodammodo effici potest sanctum in calice non consecrato, ita valide conferri potest character huius ordinis per traditionem calicis non consecrati notat Bonac. ubi supra d. puncto 3. n. 5. plures refert Barbosa in d. c. subdiaconus n. 3. 23. dist. Acuña ibidem n. 2. attente tamen vigilandum est ab episcopo ne calice non consecrato utatur argumento textus in c. sancta de consecratione dist. 2. ut notat Barb. ubi supra.

27 — conciliatur textus in c. non oportet 30. cum c. subdiaconus 25. 23. dist.

Sed huic sententiae valde obstat textus in c. non opportet 30. 23. dist. ubi constat subdiaconis vasa sacra tangere non licere, ergo ex illa calicis traditione non potest illius ordinis potestas conferri quod oppositum refert textus in d. c. subdiaconus 25. 23. dist. ad quorum iurium conciliationem notandum est discrimen versari inter vasa vacua et alia quae continent sanguinem et corpus Christi domini nostri, nam vasa vacua licite tanguntur a subdiacono nec ulla irreverentia in eo tactu committitur immo sua potestate utitur quae sibi concedit cum de manu episcopi vasa illa vacua accipiat et ita est intelligendus textus in d. c. subdiaconus 25. 23. dist. c. non liceat. 32. 23. dist. at vero vasa quae continent corpus et sanguinem Christi a solo presbitero vel diacono tangi poterunt et ita est intelligendus textus in d. c. non opportet 26. 23. dist. quam distinctionem refert Paludanus in 4. dist. 23. q. 2. ar. 4. conclusione 2a. Acuña in d. c. ministrum 27 n. 4. 23. dist.

28 — intelligitur textus in c. 1. de sacramentis non iterandis.

Et quamquam constat manus impositionem episcopi non esse materiam ordinis subdiaconatus sed tamen vasa illa vacua ut supra diximus et expresse constat ex d. c. subdiaconus 25. 23. dist. et quia manus impositionem non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam et calicem vacuum. sed huic sententiae valde obstat textus in c. 1. de sacramentis non iterandis ubi quis sine impositione manuum fuerit ad ordinem subdiaconatus assumptus Christo eius officium verbo im

po

Porro ex qq obstat manus impositio esse [illegible] maius subdiaconatus. Sed huic dubio dupliciter responderi pot. 1° q. tx ille ut s° diximus potest intelligi de manus impositione benedictoria seu accidentali ordinis subdiaconatus non u° de secratoria et exaalit ut sentit Acuña in d. c. Subdiaconus § 23. dist. n. 5. Taliter et verius dicendum in eius contextura verbum subdiaconatus mendose est adiectum et stare pontus [illegible] diaconatus q. reperitur in suo originali tradito ab Antonio Augustino in 9ª collectione Decretalium in eodem tit. c. 2. atq. ita tx in d. c. 1. [illegible] manus impositionem cui diximus ad maius diaconatus pertinere non u° ad subdiaconatus qui vera lectio tenet Innocentius et Hostiensis ibidem. Suarez tomo 5. de [illegible] disp. 42. s. 4. n. 12. Vide dict. 238. n. 54. ·/.

29. Vnde ex dictis apparet ordinem subdiaconatus sacrum et maiorem esse ratione istorum graduum dignitas magis propinque destinati ad secrandum eucharistiam in qua plus cooperati maiores q. minores ordines, q. cum unicuiq. ministro maior proximiter ad exercitium et [illegible] ad quem ordinatur tradi debeat, ideo subdiaconus ut sacer ordo defert ad altare calicem et patenam et ideo sacer ordo dicitur in c. 1. et 2. de clericis coniugatis concilium trid. d. sess. 23. c. 2. Nec predictis valde obstat tx in c. nullus finali 60. dist. ubi appellare gradus sacri presbiteratum et Diaconatus tantummodo [illegible] ac proinde tx ille asserit subdiaconos non potuisse eligi in episcopos nisi cum causa et ex dispensatione ideo confirmat tx in c. a multis 9. in principio de etate et qualitate dum asserit subdiaconatum non fuisse computatum inter gradus sacros. Sed hac cura faciliter ad concordiam reduces, si dixeris q. olim in primitiva ecclesia et etiam postea subdiaconatus ordo sacer non fuerat si quidem in concilio Tolet. [illegible] presbiteris et Diaconis continentie preceptum erat impositum nulla de Subdiaconis mentione facta. ideo in concilio toletano 3. c. 5. cum traditur a Basilio tit. 7 de impedimento ordinis. c. 24. n. 4. et 5. Merito tx in d. c. fin. 60. dist. dum prohibet subdiaconis tamq. non sacris ordinibus initiatis ne ad episcopatus dignitatem eligantur respicit ad tempora primitive ecclesie quo in tempore gradus iste non computabatur inter sacros, tx u° in d. c. a multis 9. respicit ad tempora noviora in qq appellatus est a Pontifice gradus sacer, cum adiunctum eis preceptum continentie ut bene probat tx in d. c. a multis et expresse in Decretis in c. miramur in fine. de servis non ordinandis notat Acuña plures referens in d. c. fin. 60. dist. n. 2. et in c. subdiaconus 6. et erubescant 32. dist. ·/.

30. Subdiaconatus non ordo cepit sacer reputari in concilio Carthaginensi 2. relato in c. cum in preterito 3. 84. dist. notat glossa ibidem verbo Ministri in servient idem subdiaconi, Acuña ibidem n. 7 nec predictis obstabit si dixeris in primitiva ecclesia et eius tempore nulli subdiaconi erant nec ulla eorum mentio habetur in sacra scriptura, qua ratione dicendum q. eo in tempore Diaconi implebant officia subdiaconorum pro paucitate fidelium ministrorum sed cum postea numerus eorum esset auctus illa officia distinxit et separauit ecclesia notat Acuña in d. c. Subdiaconus § 23. dist. n. 4. quoad subdiaconatus distinctionem plura iura addici poterant quae omitto et remitto ad ea que scripsi in 2° tomo super tertio decretalium in tit. de clericis coniugatis videndus est etiam Basilius tit. 7. de impedimentis c. 24. novissime Pater Josephus de Sanctis tit. 1. de ordine sectio 10. n. 4. ·/.

31. Vnde infero interpretationem ad concilium Laodicense c. 22. re[illegible]

Margin notes:

29\. interpretatur tx in c. nullus fin. 60. dist. c. a multis de etate et qualitate.

30\. Subdiaconatus ordo quando sacer esse cepit.

31\. interpretatur tx in c. [illegible] ministrum 27. 23. dist.

latum in c. ministrum. 27. 23 dist. dum asserit non opportere ministrum horario uti, aut hostias derelinquere quia textus ille debet intelligi de subdiacono siquidem sub verbo ministrum scilicet subdiaconum significatur ut ex pluribus constat in c. tribus 23. de consecr. dist. 2. glossa in d. c. ministrum. notat Zeuering tomo 1° conciliorum parte 1a in notis ad canonem eundem, textum etiam quod textus ille de subdiacono intelligatur constat ex eo quia orarium est vestis sacra quae vulgo stola appellatur, cuius usus solum conceditur illis qui pro dicendo evangelium munus committitur, veluti sacerdotibus et diaconis ut notat Acuna in d. c. non opportet 28. n. 8. 23. dist. Durantius lib. 1. de ritibus ecclesiae c. 9. merito igitur de canone orarium subdiaconis denegatur cum sit signum presbiterorum et diaconorum. Toletanum concilium 4. c. 39. Bracarense 1um c. 27 c. ecclesiastica. q. 23. dist. c. unum orarium 3. 25. dist. quia quidem orarij usus denegatur ministris in minoribus ordinibus constitutis ut constat ex eodem concilio laodiceno. c. 23. relato in c. non opportet. 28. 23. dist. Deinde quod textus ille de subdiacono intelligatur patet ex verbis illis neque hostias derelinquere quae verba in eius originale ita debent intelligi et legi, loco hostia derelinquere ut constat ex eius palea quae verba proprie expectant ad subdiaconum quia tempore illius concilij moris erat ut ante sacrificium diaconi [mgu?] subdiaconi[?] qui sisterent contra portas ecclesiae per quas viri egrediebantur in ecclesiam ne fieret strepitus contra portas vero feminarum residebant subdiaconi ut observat Vl. d. ep. 236. c. 3. n° 39 quas portas praecipit textus ille ne derelinquant sed in ministerio designato subserviant.

32. maa et forma ordinis acolitorum. Hucusque diximus de sacris et maioribus ordinibus, nunc de non sacris et minoribus videamus et vestigia nostri Isidori sequendo in d. c. cleros 1° ab acolitis initium faciamus siquidem ordo acolitorum supremus sive inter minores non sacros reputatur ut constat ex ordine et scriptura nostri textus vi° Acoliti et in c. Acolitus cum sequentibus 23. dist. siquidem Gratianus 1um inter minores acolitorum ordinem proposuit et constat in concilio Trid. sess. 23. de sacris ordinis. c. 2. Acolitus latine ceroferarius dicitur quia portat ceroferarium id est candelabrum cum cereis accensis ad pronunciandum evangelium ut sic luce illa temporali vera lux spiritualis evangelij catholici attendatur. de de[?] ros vi° Acoliti, Acolitus enim deservit sacerdoti in divinis officio et praeparando lumina, vinum et aquam, in urceolis ministrando d. c. perfectio vi° ad acolitum, materia huius ordinis est ceroferarium cum cereo, et urceolum vacuum, quae duae materiae traduntur in eodem concilio Carthaginensi 4. c. 6. et controversum sit in qua materia imprimatur character, omissis alijs verius est dum quod in traditione candelabri cum cereo extincto Acolitus accipiat characterem imperfectum tamen perfecte accipit in traditione urceoli vacui cum hac formula accipe urceolum ad suggerendum vinum et aquam in eucharistiam sanguinis Christi in nomine Patris etc. ratio est quia iste actus est principalior immediate ordinatus ad eucharistiae celebrationem et in traditione rei quae significat hoc mysterium ordo confertur, quia denominatur ab illo actu qui est magis notus et patens videtur[?] dende Turtuna notat D. Th. in 4. dist. 24. q. 2. ar. 3. ad 6. Sanzet. l. d. dubio 12. n. 8. Acuna plures referens in d. c. acolitus. n. 1. Unde apparet 1um formam huius ordinis esse accipe ceroferarium cum cereo ut scias manuparari ad accendenda ecclesiae luminaria. 2um vero est urceoli, ut supra diximus.

Ex quo deduxit hunc ordinem de manu Epi Acolitum accipere, sed valde obstat Textus in d. c. Acolitus 23. dist. ubi constat Acolitum esse instructum ab Epo, sed ab Archidiacono debet recipere ceroferarium et sic videtur excludere hunc gradum a Sacro ordine, sicum non confert Episcopus, sed Archidiaconus cuius officium non est conferre ordines sed instruere ordinatos et Epo presentare ut ab eis ordinentur. c. hostiarius. 23. dist. Sed huic dubio respondetur esse officium Arcgidiaconi non in quo versari ut ordines acolithi conferat sed in id tantum ut tradat ceroferarium ex mandato Epi quando ipse confert verba quae Sacrum conficit argumento Textus in c. quaesitum de R. J. lib. 6. sicut ut quando dicemus in minoribus ordinibus effici pot quod tradatur materia actu ordinatis ab alio ministro inferiori, dum Episcopus confert verba notat Enrriquez de lo 2. c. 8. in fine. Hodie vero Episcopus ipse per se id facit ut habetur in Pontificali romano." — 33. interpretatur Textus in c. Acolitus 23. dist.

Sed ad versus id quod supra retulimus circa proprium Acoliti seu ceroferarii officium esse ceroferarium id est candelabrum cum cereis accensis in ecclesia exercere, valde obstabit difficilimum testimonium Concilii Illiberitani anno Domini 306. c. 34. cuius haec sunt verba cereos per diem placuit in cementerio non accendi, inquietandi enim Sanctorum Spiritus non sunt, qui haec non observaverint arceantur ecclesiae communione ex cuius decreti autoritate non nulli heretici existimarunt Acoliti officium inutile esse si quidem vis candelarum in ecclesia non debet admitti quorum opinio extra traditionem valde sunt citi siquidem in primordiis ecclesiae usus candelarum ut pius et devotus nunc et semper ad maiorem divini cultus venerationem fuit admissus, nec obstat dictum Concilium Illiberitanum. c. 34. quod omissis plurimis interpretationibus traditis a Loaisa, Cordiano et Deue rmo ibidem Mendoza in defensione Concilii Illiberitani lib. 3. c. 1. Basil legionensis variarum disputationum 2a. de q. 2. verius dominum esse existimo Patres illius Concilii quod primitivae ecclesiae temporibus floruerunt usum luminariorum ibidem absolute non prohibuisse sed dumtaxat eo in tempore Concilii prohibuit piis fidelibus ne in die candelas accensas in cemeterio martirum ponerent ne forte lucentibus luminibus infideles persequentes Xpianos de martirum sepulcris certiores fierent et postea nocte Sanctorum corpora de ciminterio abducerent, in cuius confirmatione faciunt verba Zacariae Pontificis epistola 4. ad Bonifacium ubi dum dominus donaverit quietem aug abunt Luminaria Sanctorum relata ab Antonio Augustino in epitome iuris Pontificii veteris 2o. tomo lib. 26. tit. 7. c. 1. sic quod verba illius canonis ubi inquietandi non Sanctorum Spiritus non sunt debent intelligi de corporibus Sanctorum martirum nam corpora eorum sub altaribus sepeliebantur. l. 2. C. de SSS. de cuius materia plura scripsi in 2o. tomo super tertium decretalium tit. 1. c. 1. in fine." — 34. interpretatur Concilium Illiberitanum c. 34 — ne in die

Exorcistae graece et latine adiurantes seu increpantes dicuntur quod exorcismis adiurant seu increpant daemones ut dimittant corpora energumenorum, seu catecumenorum. d. c. cleros. vers. exorcistae. c. exorcista 23. dist. d. c. perlectis vers. ad exorcistam. c. 2. 69. dist. Concil. Trid. d. sess. 23. c. 2. apud medium. materia huius ordinis est traditio libri exorcismorum per Episcopum dati, forma autem haec est accipe et commenda memoriae et habeto potestatem imponendi manus super energumenos sive baptisatos sive catecumenos ut constat ex d. Concilio Cartaginensi 4. c. 7 re — 35. materia et forma ordinis exorcistarum.

la

lato in d. c. exorcista 23 dist. in quo actu imprimitur caracter ut notat Cardinalis insenti cuius potestas exerceri pot in oes tam fideles q infideles ut constat ex n.ro c. cleros d. c. exorcista. Ex pontificali autem aliud officium ei conceditur, hoc est infundere aquam in ministerio baptizandi causa honoris, hoc est implere fontem aqua pro baptismo qui conferendus a presbitero notat Vasq. d. disp. 236. c. 2. n. 28. et apud hebreos qui primus docuit exorcismos fuit Salomon. Acuña in d. c. exorcista n. 4. 23. dist. »

36. Intrepretatur Iurisconsultus in l. 1. § medicos ff. de variis et extraordinariis cognitionibus. Sed cui omnibus valde obstat Iurisconsultus in l. 1. § medicos ff. de var. et extraord. cognitionibus. ubi Ulpianus exorcistas asserit non eos esse qui demonia a corporibus energumenorum seu cathecumenorum exorcismis repellunt sed tamen exorcistas esse impostores hoc est versucios et fallaces homines qui fallacia aliqua non nullos decipiunt ut etiam refert Iurisconsultus in l. 4. ff. de edilitio edicto. l. 3. § item si quis ff. de crimine stellionatus notat Brisonius de Verbi iuris verbo impostores Rebuffus in l. rogo 53. ff. de V. S. folio mihi 186. sed sine dubio respondendum est cum Duareno tto. 2. de sacris ecclesie ministeriis c. 14. Vi.o tertius gradus dum asserit Ulpianum in d. §. medicos dignum esse maxima reprehensione ex eo quod denominat exorcistas impostores 2.a non Iurisconsultus dicendo quod forte ita scripsit quia Ulpianus christiano relligionis acerrimus hostis erat, et ideo ministros ecclesie impostores appellabat. Sed Valentinianus Imperator eos venerat et honorat et exorcistas appellat in l. presbiteros 6. C. de episcopis et clericis, quem Alciatus tto. 8. parergon. c. 23. et Tirrianus in scolliis ad constitutiones apostolicas Clementis 6. tto. 7. c. 42. asserunt literam Ulpiani emendatione dignam esse. »

37. maa et forma ordinis Lectoris. Lector suscipit officium legendi ideo lectores a legendo denominati quemadmodum psalmiste appellantur a psalmis in choro canendis d. c. cleros vi.o lectores, c. lector 23. dist. c. 1. 75. dist., maa huius ordinis est tradio libri prophetiarum seu ecclesiasticarum lectionum. forma est accipe et esto verbo dei relator habiturus si fideliter et utiliter officium tuum impleveris, partem cum his qui verbum dei ab initio bene ministraverunt, ut constat ex d. conc. Cartaginensi c. 8. relato in c. lector 23. dist. in qua libri traditione sal cum forma verborum perficitur hoc sacramentum et imprimitur caracter notat Cardinalis in presenti, Tronus de vero et perfecto clerico lib. 1. c. 19. n.o 6. Nec predictis obstat Iurisconsultus in vi.o lectores d. c. cleros vi.o ad psalmistam in quo iuribus lectori et psalmiste quod promiscue multoties accipiantur etiam predicandi potestas conceditur, quia ut supra diximus iura illa non sunt intelligenda de solemni predicatione sed de quadam recitatione ut notat Sotus in 4. dist. 24. q. 1. a. 3. Barbosa de potestate episcopi 2.a parte allegatione 11. n.o 10. est tamen magnopere advertendum quod psalmista ut supra diximus non habet proprium gradum sacramenti ordinis cum tamen sit dispositio ad ordines ex iuribus et doctoribus supra n.o 28. adductis. Acuña in d. c. psalmista 23. dist. n. 4. psalmistatus seu prima tonsura confertur in abscissione capillorum notat Acuña ubi supra n.o 2. »

38. maa et forma ordinis Hostiarii. Hostiarius idem est quod ianitor, infimus inter ministros ecclesie d. c. 1. 77. dist. Gregorius d. tto. 1. summe c. 9. n. 2. nam sicut in templo Salomonis inter ministros computabantur ianitores tto. 1. regum c. 1. 9. et 7. ita in domo ecclesie Dei certo gradu personarum

commendantur ut constat ex textu nostro v° hostiarij. nam huius ordinis est traditio clavium ecclesiae ad eius custodiam. c. hostiarius. 19. 23. dist. forma est hoc quorum traditio de re ditiuris pro his rebus quae his clavibus recluduntur. d. Concilio Carthaginensi c. 11. relato in c. hostiarius 23. dist. datur autem hostiario character in traditione clavium sub eius forma. Acuña in d. c. hostiarius. n° 1. nam licet hostiarius possit symbala pulsare, tamen symbalum non est materia hostiariatus siquidem caeremonia signi fieri aliud hostiarij munus minus principale est pulsandi campanas quibus fideles ad missam vocentur, proprium officium hostiarij est claudere et aperire ianuas ecclesiae, indignos hoc est excommunicatos ab ea excludere et dignos admittere ad communionem ut constat ex textu nostro v° hostiarij. d. c. cum ex lectis. v° hostiarij. l. 11. t°. 6. part. 1. notat Petrus Greg. lib. 16. Syntag. c. 3. n. 27. cum traditis ab Acuña in d. c. hostiarius. 39. Interpretatur textus in c. nullus 67. de consecr. dist. 1.

Sed quod ibi valde obstat Concilium Carthaginense 4. c. 84. relatum in c. nullus, alias incipit episcopus nullus 67. de consecr. dist. 1. ubi cavetur non esse prohibendum gentilem iudaeum, sive haereticum ingredi ecclesiam usque ad missam cathecumenorum quae huiusque ab introitu usque ad offertorium, neglecto evangelio diaconus clamabat dicens siquis cathecumenus adest exeat foras, et alijs utebatur verbis notat Cobb. lib. 4. var. c. 22. Barb. in collect. ad eundem textum, quod hostiarius neutiquam poterit etiam non fideles ab ecclesia eijcere ac consequenter officium illud non recte in textu nostro hostiarijs designatur. In cuius textus difficultate glossa ibi et verbo in fideles asserit textum illum iam fuisse ab ecclesia abrogatum ex nostro. c. clericus. c. excommunicatos 11. q. 3. c. a licet. 67. 1. q. 1. c. ecclesiae de consecr. dist. 4. Sed hac et alijs omissis verissime est dicendum textum in d. c. episcopus nullus esse intelligendum de haeretico tolerato hoc est de eo qui non est publice excommunicatus de cuius correctione aliqua spes est ratio textus nostri et textus in d. c. non liceat cum ritibus procedunt in haeretico ipso hoc est declarato excommunicatus, quo eius ad ecclesiam introitus prohibentur. et de haeretico qui heresim iam damnatam sequitur, quam interpretationem tenet glossa verbo in fideles in fine in d. c. episcopus nullus et glossa verbo inter cathecumenos. in c. de incesti. 8. 35. q. 2. ubi hanc recenset et antiquiores det. 11. 40. Obstat nova consideratio.

Nec praedicti obstabit si replices dicendo quod hostiario sicut alijs ordinibus inferioribus ut supra diximus imprimitur character spiritualis quae est potestas quaedam spiritualis impressa in anima indelebili ad aliqua ministeria spiritualia ut docent Theologi in 4. dist. 1. ubi Soto q. 4. ar. 1. et commune hostiarij claudendi et aperiendi templum et expellendi immundos et excommunicatos, ab ecclesia non est munus spirituale siquidem pure laicos expleri potest ut praeparatio hoc non est propria spiritualis hostiarij potestas, quae pro illius dubij solutione adnotandum est quod hi ordines referantur ad sacrosanctam eucharistiam tanquam in finem ut docet D. Thomas 3a parte q. 65. a. 3. Trid. d. s. 23. c. 2. v° quod sacerdotio ex officio deserviret tamen hoc diverso modo fit, nam sacri sive maiores tendunt in consecrationem ipsius eucharistiae et ad sacra populo ministranda ut supra suis locis diximus, minores vero tendunt ad praeparandum et disponendum populum ad digne suscipiendum eucharistiam sicuti notat Soto in 4. dist. 24. q. 1. ar. 3. merito quod custodire templum et arcere immundos ab eo non sit de eius mere spiritualis, tamen extendat ad spiritua-

lia

Lia, nempe ad pparandu populu ad Smta iuxta decaa ex offo hostiario adjac
datr spualis potas ut notat pporitg in Txu mo columna 2. et 3. quo fit q
tu Laici n ordinati de facto possint exercere ministeria postiarij n tn exer
cent ex pprio offo qre hodie in Dcilio Trid. D. s. 23. de reform. c. 17. cautu
e ut potiu minoru ordinu ministeria n omittant nisi 2stituti in ipsis ordinib
notat Barb. in remissib ad eu d Tru. =

41. Vtu ad essam huius sacramti sit necesse q ordinatg tangat mam.

Vltº pro complemento huius articuli investiganda venit illa diffi
cilis quastio, vtu ad essam et valorem cuiusq ordinis maioris t minoris sit necesse qui
q ordinatr tangat mam qua illi in ordinatione exhibetr veluti calicem, librum,
claues et sitia. Et pparte negativa hoc e q ad valorem ordinis n sit necessarius realis
exhibitio mae stactus 1º facit qa in Dcilio Florent. in decreto Eugenij 4. ubi mea
designentr mae ordinu nunqua fit mentio de ipsius stactu sed tm de porrectione,
Designentr ordinu nunqua fit mentio de ipsius stactu sed tm de porrectione seu traditione
datione, seu assignatione ex parte ministri hoc e Eppi qua porrectio seu traditio in
tamen solumodo deservit ad demonstrandu et determinandu potestatem qua datur
ordinato ab ordinante, 2º sola acceptatio exteriori signo facta alicuius ipsius stactu
sufficiet argumto l. in l. quarradi. g. § ubi de quoq ff. de acquir. rer. dom. l. 1. § pe
nult. l. q meo. §. p. odio ff. de acq. possessione. in quibus iuribus patet q ad cuius rei
acquisitionem n tactus sed sola ipsius rei acceptatio sufficit, qua opinionem ut probabile sequitur
Vfer. q. 246. c. 2. n. 16. Diana titu 16. miscellaneoru, resolutione 3. nouiss. e Patr
Joseph tom. 1. de Smto ordinis, titu. 2. n. 13. ubi plures alios refert. =

42. Verasia opponitr.

Que si a q ppli sit ut 2stat ex iuribus et doctorum auctoritatibus
a relatis tn affirmativa sia verissa e ppa facit 1º qa quemadmodum ex parte
Eppi ordinantis oio requiritr pma pxa traditio rei sensibilis qua potestatem et
offium ordinati denotat, ita similiter ex parte ordinati requiritr tactus illius pacceptatione
ut 2stat ex d. c. subdiaconus 23. dist. ti subdiaconus de manu Eppi accipiat
patenam vacuam et calicem vacuum. Deinde qa totum id q p formam ordinationis signi
ficatr necessario debet adimpleri ad valorem Smti, sed forma ordinationis accipitr p
bum accipe, hoc t illud significans q necessaria erit acceptatio illius p tactum cor
poreum ex parte accipientis. pterea ad similitudinem aliorum Smtorum veluti Bap
tismi, 2firmationis et Extrema unctionis in quibus necessaria e materia tactus ſo
idem dicendum e in Smto ordinis quam sic ut veriorem tenet D. Thoms in 4. dist. 24.
q. 1. a. 5. ad 3. Paludanus dist. 24. q. 1. ar. 1. nº 6. Sotus ibidem ar. 2. Caietanus quod
libeto 2. q. 16. Silvestr in suma Vbo ordo. 1. et 2. q. 5. Nauarrus in manuali
17. c. 22. nº 17. cum traditis ab Acuña in d. c. subdiaconus nº 6. Bonac. d. q. un. p.
3. nº 11. q oes asserunt n sufficere q Eppus porrigat mam nisi ordinatus accipiat
manibus tangendo et si sacerdos fuerit ordinatus absq tactu mae pp periculum 2
secrationis ut sa insinuas re dixmus tenetr ordinem iterare sub 2ditione ut sentit
Granados titu 2. de ordine d. 6. n 8. et q tactus desideretr 2stat ex Pontificali
43. rom. =

Quare etenim opportune adnotandum e q n adeo precisse requiritr
ut ordinatus manu alterius utranq tangat sed sufficit q unam t saltem digito tangat
si quidem hoc solo verificatr 2tactus et acceptatio ut recte 2siderat plures re
fert Silvestr et Enriq. ut sa sic similiter ad valorem ordinis sufficit q tangat
ca

calice cum vino et patena cum pane et sale patena quin non tangat, porro quia cum instrumenta ista sint iuncta sufficit unum tangere tenet Bonac. ubi supra Valbos ubi supra tomo 1. titu. 11. difficultate 4. Joseph ubi supra n. 24. neque est necessarium ut contactus materiae explicatio forma simul fiat et concurrat, sed sufficit quod tactum fiat post quam forma prolata est notat Pater Joseph ubi supra plures refert n. 24 ubi supra quatenus de hoc art. 11

Art. 4. De ministro huius ordinis ad expositionem text. in c. per lectis vero ad episcopum 25. dist.

Minister ordinarius huius sacramenti ordinis est proprius episcopus ut definitum est in concilio Carthaginensi 2o c. 12. Hispalensi 2o c. 6 relatum in c. 2. 67 dist. Florentino de sacramentis § 6m sacramentum in fine Trident. d. sess. 23. c. 4 et 7 c. quamvis 68 dist. c. 1. et 2. 67 dist. c. non licent 92 dist. et constat ex eo quod Moises qui erat sacerdos et Pontifex exodi 28. et 29 ordinavit Aaron et filios eius Levitici c. 8. et in novo testamento legimus ecclesiae ministros ab apostolis et episcopis apostolorum successoribus fuisse ordinatos, actuum apostolorum c. 6. 13. et 14. c. un. de ordinatis ab episcopo qui renuntiavit episcopatui et ex hoc constat ex nostro c. per lectis vero ipse praedicta officia et ordines ecclesiasticos distribuit, accedit etiam quod cum Christus dominus haberet duo discipulorum genera alios in duodeno, alios in 72 istos nominavit simpliciter discipulos, illos vero apostolos quibus dedit potestatem eligendi ministros eosque per impositionem manuum ordinandi actuum apostolorum c. 8. merito cum episcopi successissent in locum apostolorum, presbyteri vero in locum discipulorum c. in novo 21 dist. c. quamvis c. fin. 68. dist. dicitur d. Trid. d. c. 4. catholice dicendum est huius sacramenti ministrum ordinarium esse episcopum notat Henriquez lib. 10. c. 21. § 1. Divus Thomas dist. 25 q. 1. ar. 1. et in 3. parte q. 38. ar. 1. novissime Pater Joseph ubi supra titu. 3. per totum. 11 Hoc adeo verum est quod si episcopus rite consecratus legitime ministerium huius ordinis dat et valide eos confert quamvis sit haereticus, interdictus, suspensus aut excommunicatus, simoniacus et degradatus et ab episcopatu depositus, et quamvis renuntiaverit; quod si a contrario ex textu in c. secundum. 8. 19. dist. c. Dominus 87 § memento 97. 1a q. 1. c. quomodo 4. de consecr. dist. 4. ratio est quia episcopus per haeresim damnatus et validum felicitatem non amittit characterem et potestatem indelebilem, sed quae auctoritate Christi ministrat non amitti potest, c. Daibertus, quia ordinandi potestas annexa est characteri, nec ullo peccato amitti potest c. Daibertus 1a q. 1. dicitur Carthaginensis 5o 8. et 25. et id non solum procedit in illis episcopis qui rite a catholicis fuere ordinati et postea in haeresim inciderunt sed etiam in illis qui ab haereticis consecrationem episcopalem in forma ecclesiae receperunt, nam hi etiam possunt ordines conferre ut constat ex textu in c. ordinationes. § quamvis 9. q. 1. quod etiam tenet glossa 1a in d. c. Daibertus gl. 2. in d. c. ordinationes, docent post Magistrum d. dist. 25. D. Th. ibidem q. 1. ar. 2. Sotus ar. 1. Sanctus Thomas 7. consiliorum c. 1. de ordine dubia 18 n. 3. cum traditis a P. Joseph ubi supra titu. 3. n. 5. Barb. de potestate episcopi 2a parte allegatione 3. n. 3. et 27. 11

Secundo quoque valde confortat textus in c. 1. 2. et 3. 9. q. 1. ubi consecratio dicitur

pot

1 minister ordinarius huius sacramenti ordinis est episcopus.

2 episcopus etiam depositus ordines confert.

3 confortat textus in c. 1. 2. et 3. 9. q. 1.

n̄ p̄t quā ab excōmunicato ē collata et in c. 4 et 5. eiusdē quæstiōis c. pilliciuz 1a q. 7
asseritur ordinaōes ita factas reiterandas eē, q̄ nullatenus fieri posset si ordinatio
ab heretico facta valeret, siquidē ex reiteraōe n̄ hoī sed Deo iniuria fieret
c. etsi 23. in galea vbo pars. 1a q. 7. augetur difficultas ex tx̄u in c. Daibertus 1a
q. 7. ubi Daibertus q̄ diaconatū ab hereticis accepit potius vulneratus quā ordina-
tus dr̄ ideoq ex integro à catholicis absq periculo reiterādis cū à principio
nihil accepisset ordinādus eē P̄fx affirmat, q̄ auctoritatibus motus Gratia-
nus existimat ordinatos ab hereticis vel excomunicatis n̄ accepisse veros ordi-
nes atq ideo eē iterandos. ::

4. Solutio ad tx̄ū in c. 1. cū aliis 9. q. 1.

Sed ea omissa et retentaʃ iis à nobis tradita n̄ obstant iura superius allegata
q̄a omissa interp̄taōe quā refert Enriq. lib. 10. c. 22. § 2. Fra. I. Suar. de cens. dp. 11. § 2. n. 9. Verio-
rē eē existimo quā refert gl. vlt. in d. c. 1. 9. q. 1. quā sequitur Geminianus ibidē. et gl. 1. in d. c.
rē eē existimo quā ... ab excomunicato cadē cāa et q̄ dū asserunt iura superius allegata procedere q̄o ordinatioēs
ab hereticis et similibus pariter sit facta 9a formā et ritū ecclesiæ, q̄ tunc ecclia illas n̄
recipit nec ratas habet sed iterū faciendas eē decernit n̄ tn̄ ex eo q̄ ab hereticis fue-
runt collatæ sed p̄pter defectū veræ formæ quā interp̄taōeq tenent Turrecrem.
in d. c. Daibertus et in d. c. pilliciuz 1a q. 7. Sebastianus Cesar. dp. 6. § 3. n. 22.
et qua solutiōe facit q̄ quāvis regulariter baptismus ab hereticis datus valeat Iuliū Tri-
dent. sess. 7. c. 4. tn̄ si sit collatus ab hereticis q̄ circa baptismi formā errant nullus ē
et iterari debet c. à paganis de consecr. dist. 4. nā propriè iteratus n̄ dr̄ q̄ nec
citer eē factū c. solemnitas 26. de consecr. dist. 4. exemplū ē de Paulianistis here-
ticis q̄ in baptismi forma errant c. paulianisti 53. 1. q. 1. merito se baptismo
ad ordines valet argumentū nam quēadmodū semel baptizatus iterū baptizari n̄
debet ita q̄ semel ē consecratus vel ordinatus in eodē n̄ debet ordinari seu consecra-
ri c. sicut semel 1. 68. dist. Hoppinus in c. q̄ quidē 97. 1. q. 1. quæ iura expressè de-
monstrant baptismū et ordinē ab hereticis datū valere, nec eē iterandū q̄ē ve-
rū nisi ordinis vel baptismi forma sit violata à ritu et formā ecclie ut in d.
c. Daibertus c. pilliciuz 1. q. 7. c. 1. cū similibus 9. q. 1. ::

5. Vertr̄ p̄tatr tx̄ in c. arrianos 78. 1. q. 1.

Sed ad quē p̄dicti valde obstat tx̄ in c. arrianos 78. vi quoniam
2o c. ventū ē 18. 1. q. 1. ubi apparet Arrianorū Sacerdotes n̄ eē in ecclia ut tales
admittendos nec q̄tē habentes alicuius sacerdotalis dignitatē siquidē eorū aucto-
res à catholica fide discesserunt et n̄ potuerunt ordinatis neq plenitudinem
Spūs Sancti 9ferre. sed nil dubio verissimè ē respondendū P̄fices in dictis cāribus
et similibus minime sentire ordinē collatum ab epīscopo heretico, excōicato vel simo-
niaco nullius penitus valoris vel efficaciæ eē q̄a ut sa diximus etiā si ab hereticis pe-
dantur valent dūmodo ritè sint collatæ sed tm̄ ibi iō asserunt clericū sic ordina-
tū n̄ eē recipiendū in suo ordine et gradu hoc ē quādiu exercitiū ita ut modo n̄ pos-
sit ministrare, itaq tx̄ in d. c. arrianos asserit clericos ab hereticis ordinatos
n̄ eē suscipiendos in presbiterio aut alterius ministerii dignitate hoc ē quū ad effec-
tū et exercitium illius n̄ tū q̄tū ad characterē sunt q̄ valide etiā ab hereticis suscep-
tū fuit ɔ̄a tx̄ in c. quod quidē 97. vi Degis 1. q. 1. nec solum obstat verbum tx̄ in d. c. arri-
anos vi quoniā dū asserit hereticos illos in ordinatū collaōe plenitudinē Spūs
n̄ 9ferre q̄a eā amiserunt, nā verba illa sunt intelligēda sine gratia hoc ē sine executiō-
ne

ordinis ut eleganter docet Io. in c. q perfectioq 1. q. 1. sic etiam in d. c. sanctae
18. 1. q. 1. ab haereticis ordinati dicuntur metaphorice habere caput vulneratum et
illicitum haereticorum manus impositione qua de vulnus ita illicite ordinati in iunctum
sanari potest per poenitentiam, non tamen ita ordinati absque cicatrice remanet siquidem sine
exercitio existunt neque ad ulteriores gradus possunt ascendere nisi misericorditer
acta poenitentia cum eis fuerit dispensatum notat Vict. de Sy. 202. c. 1. n. 10. Egidius
de Sacramentis disp. 20. dubio 9. n.o 82. 22. 6

Deinde traditionem valde dotat Io. in c. ab excommunicatis 2. q. 1. ubi or- Exponit Io. in c. ab
dines ab ipsis excommunicatis data ita demum admittuntur si ipsi eorum simoniaci non fu- excommunicatis 2. q. 1.
erint ut in c. siquis a simoniacis 108. 1. q. 1. statuitur quod non clerici scienter a si- c. siquis 108 1. q. 1.
moniacis eorum fuerint consecrati, consecratio illa omnino irrita existit quod verbum
omnino denotat et significat totalem ordinis nullitatem ut tradit Barbosa de dictionibus
dictione 204. n.o 5. 12. et 15. sequitur dubio respondendum est quod id quod in dictis iuribus
scribitur non attinet ad valorem ordinis sed tantum ad exercitium illius seu de dispensatione in-
dulgenda ordinato quod inter praestationem manifeste deducitur ex praetexatura Io. in d. c. ab excommu-
nicatis tum poenitentia indicta in suis ordinibus permanere permittas ad superiores aut ascen-
dere non concedimus et similiter in d. c. siquis a simoniacis, tum talium ordinationes misericordi-
ter sustinemus quod sensus sit quod siquis a simoniacis eiusque non simoniace fuerit ordi-
natus hoc est pecunia non ab ordinato sed ab alio tertio eo ignorante cum data quo-
modo tamen ita ordinatus ordines exercere non potest c. fin. 1. q. 5. tum si ordinationibus renuntiet
misericorditer cum eo indulgeri permittitur d. c. siquis a simoniacis in principio c. statui-
mus 107. cum tribus sequentibus 1. q. 1. c. per tuas 37 et penult. de symonia. Sed si ordi-
natus dederit pecuniam aut ab alio dari cognoverit tunc taliter ordinatus ut simo-
niacus iure nostro omnino damnat ita ut sine spe veniae deponatur c. erga simoni-
acos 110. 1. q. 1. et in quo sensu sunt accipienda verba Io. in d. c. siquis a simoniacis
in fine videlicet qui scienter se a symoniacis consecrari permiserint eorum consecratio
omnino irrita est decernimus hoc est quoad exercitium permittendum seu dispensationem
indulgendam de qua in verbis praecedentibus agebat salva et illaesa semper per- 7
manente ipsius potestate, notat glossa in c. de simoniace ordinatis 22. de simo- interpretatur Io. in c.
nia, Dominicus et Turrecremata in d. c. ab excommunicatis 2. q. 1. 22. ordinationes 5 q. 1.

Unde ex his dimanat interpretatio ad Io. in c. ordinationes 5. q. 1. c. 1.
de schismaticis ubi ordinationes ab haereticis et schismaticis data irrita declaratur
quae irritatio non procedit ratione valoris ordinis seu consecrationis sed tantum ratione exercitii quod
minime spectat huiusmodi ordinati, c. convenientibus 4. ubi siquis 1.a q. 7 ubi traditur non est ratio
est quia cum haeretici ordinatores suo crimine gratiae virtutem spiritus sancti perdiderint eorum
hoc sui ordinis exercitium hinc venit ut exercitium ordinum a se datorum non possint ordina-
tis conferre, hoc adeo verum est quod etiam si ordinatus ignoret ordinantem esse haereticum schismaticum
seu praecisum ab ecclesia non accipit exercitium ordinum notat glossa verbo irritas in d. c. 1. de schis-
maticis ubi dicit omnes ratio est quia cum hoc non conveniat ratione culpae nihil prodest ordinato sua
ignorantia, notat Coll. in c. alma mater 1.a parte § 6. n. 6. Suar. de cens. disp. 31. s.o 2.o
n.o 62. neque huic doctrinae obstant verba Io. in d. c. ordinationes tum in se probare maluerint
se eorum ordinatorum ignorantia eos nescisse damnatos. qua verba illa dubitarat si referenda ut si-
ita

-18.

ita ordinati qui noverint ordinatores fuisse haereticos possit cum illis benigne et mi
sericorditer dispensari ut constat ex integro illius textus, et textura fuisse in vi° miseri
corditer suscepi iubemus, iuncto vel quavis merito ignorata ordinati non attenditur,
non ut ipse possit licite exercere ordines, sed tamen ut circa eos valeat dispensari quoad
exercitium ad exemplum illius qui ignoranter recepit ordines ab eo qui Episcopatui renun
8
intrptatr Concilij Antiocheni c. 10.
tiaverat c. 1. et 2. de ordinatis ab episcopo qui episcopatui renuntiavit. »

Praeterea quibus obstabit Concilium Antiochenum c. 10 ubi apparet Cor-
episcopum non solum ordines minores verum etiam maiores, hoc est usque ad subdiaconatum posse con
ferre et tamen Chorepiscopi sunt simplices sacerdotes ut constat ex textu in c. chorepiscopi
68. dist. quod non solum episcopi sed etiam presbiteri sunt huius sancti ordinis ministri. pro cuius du
bij solutione adnotandum est, olim duo fuisse chorepiscoporum genera, nam alij erant vere episcopi
qui in aliena diocesi non in civitate sed in villis ordinabantur, alij vero chorepiscopi erant
presbiteri qui in villis tantum curam animarum gerebant sicut parrochi quorum episcopi mini
strabant seu eius vicarij erant ut notat Gratianus post textum in c. ecclesijs. 3. 68. dist.
de prioribus chorepiscopis loquitur Concilium Antiochenum in d. can. 10. qui chorepiscopi consecra
ti erant per manus impositionem trium episcoporum itaut veri episcopi nominarentur ut constat
ex eodem can. 10. atque ideo recte poterant ordinare Lectores et similes usque ad sub
diaconatus ordinem, de posterioribus vero chorepiscopis qui simplices sacerdotes erant
loquitur textus in d. c. chorepiscopi § cumsit libus 68. dist quod intr̃ptatio deducitur ex eodem
textu in vi° quia autem in quo aperte constat eos non a tribus episcopis ut supra diximus consecratos
tamen fuisse ordinatos qui proprie episcopi nominari non poterant ut idem textus in fine de
monstrat et Gratianus in summa. 67. dist. et Concilium Antiochenum in d. can. 10.
in fine praeterea haec solutio confirmatur quia in d. c. chorepiscopi § in vi° nam non amplius
asseritur illos chorepiscopos non successisse in locum apostolorum et in c. 4. et fin. 68.
dist. assimilantur tamen discipulis qui simplices sacerdotes erant et non poterant
chrisma conferre et similia quae omnia proprie episcopis competunt ut bene animadvertit Th.
Sanch. lib. 7. consiliorum c. 1. dub. 28. in fine. Acuña in d. c. 4. et § 68. dist.
Mendoza ad Concilium Illiberitanum lib. 3. c. 41. pagina 232. Bellarminus lib. 1.
9
de sanctis. c. 7. in fine. Baronius 3° tomo. anno Christi 357. n° 54. »

Episcopus minister ordinarius ratione originis est.

Cum huius sancti ordinis minister vel sit ordinarius vel extraordinarius
ut supra diceremus oportet nunc ut exponamus quis sit proprius episcopus ordinarius minister
qui potest ordines legitime conferre et postea de extraordinario agemus et non solum
proprius episcopus ordinarius dicitur ille qui sedem episcopalem obtinet in diocesi in qua is
qui promoveri desiderat natus est c. cum nullus. 8. de temporibus ordin. lib. 6. l. 1. ff. ad mu
nicipalem l. cives C. de incolis sed etiam in qua pater eius natus fuerit notat glossa verbo alie
nigenos in c. 1. de usuris lib. 6. argumento textus in c. Rodulphus. de rescriptis l. assumptio § 1.
ff. ad municipalem l. ut pponis. C. de incolis deinde haec conclusio comprobatur quia in d. c. cum nullus
de temporibus ordin. non requiritur quod ordinatus fuisset natus in episcopatu ordinantis sed solum
est ex illo oriundus hoc est non proprie verificatur in patrina origine quae non adaptatur ad alium ne
detur processus in infinitum unde venit tras appl cas addispensat ordinis vel beneficij
non

n. ẽẽ subreptitias si impetrans dixerit se ẽẽ oriundũ ex ciuitat. Burgensi cũ tñ
ẽẽt ortus Salmantice si pater eius ẽẽt Burgensis notat Barb. de potestat. epi. alleg.
4a nº 8. quo oia debent attendi in filio legitimo n. in illegitimo in quo nõ incer
titudine id n. admittit ad solũ matris l. 1. in fine. l. eius ff. ad municipalem quarenta
dd. oes dubitant de straria ut refert Nuslaggr. de beneficijs. 1. pte c. 9. n. 25. — 10. Proprius epus ratione beneficij.

Proprius etiã epus dr ratione beneficij et ã ille in cuius diocesi ordinandus
obtinet beneficiũ ecclũ, siue sit curatũ, simplex, patrimoniũ, seu cappellania colla
tiua nã ratione beneficij efficitur subditus illius epi. c. cum nullus. 3. de tpor. ordin. lib. 6. quo
etiã appellaõe beneficij otinentur notat Lara de capellanijs lib. 2. c. 1. n. 26. Gonçalez
ad regulam 83 cancellariæ gla. 5. nº 98. Nicolas gr. de beneficijs 1a pte c. 2. nº 95. qui
plicatur etiã si beneficiũ n. requirat residentiã. Gra ubi pa 2a pte c. 4. nº 9. raõe ẽ qa cũ
dedõis in d. c. cum nullus sit gealis, gealiter etiã debet accipi c. olim uisit 2a q. 5.
q obtinet etiã si ad titulũ illius beneficij n. sit ordinatus gla. vbo ecclesiasticum
Vnde apparet causam esse a populari fabula siquidem non nulli existimarunt mulierem quandam fuisse Pontificem, quae Ioannes 8us ut tradit Adrianus in quodlibeti q. 10. Platina in vita eiusdem Pontificis, Nemicanus in silva nuptiali vi° e[st] rubricam n° 29. officina Textorii quos o[mn]es refert Torreblanca lib. 2. de magia c. 17. n° 30. quod quidem mendacium neque puer credit 1° ex rationibus 1ª adductis, tum etiam obtinimus num[quam] quod semper afflare solet in hoc Pontificum eligendorum negotio. Deinde ob totius ecclesiae culmen, ne a se fabula fieret, praeterea ob sacramentum quod irritum esset, et 3ª rimam e[st] haeresis Pepusianorum qui mulieribus sacerdotium permittebant, notat D. Augustinus de haeresi c. 27. Id quae nullum tamen iniquidem est mendacium quod aliqua occasione suscepta manarit, verius est dicendum quod Ioannes ille 8us qui anno 879. Pontifex fuit creatus, adeo valde omnibus gratus et pius erat ut quali[bet] causa lacrimabat, quae a curialibus commoliter lacrimosa mulier et papissa appellabatur, eo etiam tempore fuit alia mulier quae papissa appellabatur quae praedicabat et plurima virilia officia exercebat et sic factum est locus fabulae praedictum Ioannem Pontificem papissam et mulierem fuisse ut notat Torreblanca d. lib. 2. de magia c. 17. n. fin. Lorolianus anno 879. Spondanus in eodem anno. ::

9. ad sacramentum ordinis an sit aliqua determinata etas.

Valde m[ihi] d[ubi]o veritur an in viris baptizatis de necessitate sacramenti requiratur aliqua determinata etas adeo ut eius sacramenti ordinis caracter imprimatur. In qua q[uaestio]ne verius est dicendum quod aetas praescripta in ordinibus requisita non alio quam positivo et canonico iure est statuta, et sic aetas non de necessitate sacramenti praecepti tamen est, nam divino iure nulla determinata aetas ad valorem huius sacramenti est designata, id quaecunque aetas sufficit neque requiritur quod ad usum rationis sacramentum sit designata, id quaecunque aetas sufficit neque requiritur quod ad usum rationis pervenerit unde si huius sacramentum pueris usum rationis carentibus sit collatum character in eorum animis imprimitur ut expresse habetur ex textu in c. un. de clerico per saltum promoto, ubi Pontifex supponit quemdam infra annos discretionis et ante rationis usum suscepisse o[mn]es ordines usque ad subdiaconatum inclusive et non est iterandos. 2° probatur ex textu in c. fin. de temporibus ordin. lib. 6. ubi Pontifex neque expresse in facto conferatur tonsuram sed si contulerit eumque suspendit, unde apparet ordinem collatum valuisse, ut notat ibi DD. Sed similiter et in maioribus quod est sacris ordinibus idem argumentum deducitur ex textu in c. queri 1. 20. in principio 1 q. 1. c. vel non est supra de temporibus ordinandorum ubi prohibetur ex illo iure positivo ne sacri ordines pueris conferantur quod eorum ordinum capaces sunt notat glª verbo ad sacros in d. c. queri. 3° Garcia comprobatur ex eo

ex eo q(uia) infans ē capax oium (omnium) Sacr(amen)torum quae n(on) requirunt essentialiter consensum in fantili aetati repugnantem merito capax ē baptismi, confirmationis et eucharistiae et sitis ordinis q(ui)a Sacramenta illa n(on) requirunt consensum illum, n(on) tamen erit capax matrimonii, neq(ue) paenitentiae q(ui)a essentialiter requirunt actus liberos, neq(ue) extremae unctionis q(ui)a Sacramentum illud tantum ē institutum p(ro) eis qui tempore quo conferuntur possunt habere peccata actualia; merito cum Sacramentum ordinis n(on) requirat consensum repugnantem aetati in fantili quamvis eo in tempore n(on) possit exerceri tamen cum characterem et potestatem recipiat poterit exerceri cum infans ad discretionem et legitimam aetatem cuiusq(ue) ordinis pervenerit quam sic ut verius tenet D. Thomas in 4 dist. 2. q. 1. a. 1. quaestiuncula 2. Sotus ibidem Sanch. lib. 7. c. 1. dubio 32. Hurtado de ordine difficult. 22 citati ditissimi a Barb. de potestate episcopi p. 2a parte allegatione 26. n. 6.

10. Dubia quae praedicta sunt obstare possunt.

Sed huic sententiae valde obstabit dicere q(uod) de necessitate huius Sacramenti ē usus rationis in accipiente siquidem eius integre desideratur ut notat Abb. oēs in titulo de Sacramentis integre et intentio ante usum rationis haberi nequit. l. pupillus 9. ff. de acquirenda haereditate l. iurasse 26. ff. de iureiurando l. 1. in fine. C. de falsa moneta. l. iubemus in fine. C. de emancipatione liberorum q(uod) in fans incapax erit huius Sacramenti ordinis. Verum huic dubio respondetur ē q(uod) quamvis Sacramenta imprimentia characterem indigeant consensu recipientium q(ui) sunt adulti, tamen quo pro primum consensum sunt incapaces velut infantes sufficit intentio ministri applicantis legitimam materiam et formam atq(ue) ita baptismum, confirmationem et ordinem infantes valide recipiunt.

11. Proponitur alia dubitandi ratio.

Deinde praedictis obstabit sequens consideratio videtur q(uod) in forma ordinationis dicitur ordinando, accipe potestatem, accipe Spiritum Sanctum, accipe librum calicem et similia quae verba sint iussionis et imperii necessario dirigenda sunt adeo q(uod) capax sit imperii passivi et acceptationis cuius infans ante usum rationis ē incapax. l. pupillus 189. in fine ff. de r. i. ac proinde quodammodo absurde dicitur l. sancimus 3. C. ad senatusconsultum Tertillianum q(uod) infans ē incapax huius Sacramenti ordinis. Sed huic dubio respondetur ē verba illa formae accipe potestatem et similia n(on) requirere aliquem actum liberum acceptandi potestatem illam sed solum capacitatem subiecti et n(on) repugnantiam voluntatis q(uod) omne in infante verificatur in quo cum etiam debet infallibilitas Sacramenti verificari etiam dicitur verbum receptiva illius formae. Neq(ue) obstabit si replices dicendo videtur q(uod) si infans maneret ordinatus maioribus ordinibus maneret etiam obligatus ad servandam castitatem q(uod) iniquum et absurdum videtur. q(ui)a huic considerationi facillime satisfacies si dixeris parvulum ante usum rationis sacris ordinibus initiatum posse mulierem postea habere et n(on) esse obligatum ad servandam castitatem, cum eius obligatio nascatur ex voto, cuius obligationis infans incapax ē, neq(ue) illi lex aliqua civilis seu humana n(on) imponit obligationem ad castitatem absq(ue) proprio et libero consensu sicuti neq(ue) adulto per metum ordinato, adstrictus tamen remanet voto, si postea in usu rationis sponte celebret, notat Enriq. lib. 1. c. 14. § 9. et in litera 1. et

2

3. novissime Fr. Josephus ubi supra Sanchez de matrimonio disputatione 29 n. 5 cum tradita a Josepho ubi supra Statu 7 n. 8 ...

12. furiosi et amentes an sint capax huius Sacramenti.

Ex quo dimanat amentes qui perpetuo carent usu rationis et furiosos capaces esse ordinis suscipiendorum, siquidem rationes omnes quas de infantibus supra retulimus aeque etiam militant in amente et furioso, neque in utilitate modo aequiparantur amentes infantes et furiosi. L. 1. ex justo tum ff. de curatore furioso. L. in adversa 17 ff. de testamentis. L. furiosum 9. C. eodem, ita tenet D. Th. quaestionem in supplemento q. 3. a. 2. Enriquez in summa lib. 10. c. 16. §. 1. similiter antequam dementes fuissent habuissent usum rationis et tempore dementiae fierent ordinati, cum antea non petiissent, invalidum erit Sacramentum ratione quia habitualiter praesumitur noluisse illud recipere ut tenet Pater Josephus d. statu 6. n. 6. Aegidius n. 100. ad finem Bonac. puncto 5 propositione 1. n. 3. ...

13. Infantes et amentes an valide possint esse consecrari.

Dubium non est an infantes et amentes qui supra diximus capaces huius Sacramenti ordinis possint etiam ut episcopi consecrari? et possibile tenent Gutierrez lib. 1. canonicarum c. 26. n. 18. Sanchez lib. 7 in libro c. 1. dubio 32. n. 4. cum traditis a Bonac. disputatione 8. q. un. puncto 5. n. 4. moventur ex ratione supra adducta quia plurimi infantes valide insigniri presbyteratu et aliis ordinibus. Praeterea quia nulla sufficiens discriminis ratio considerari potest cum perpetuo amentes et infantes ante annos discretionis possint presbyteratus ordine insigniri, episcopali quoque ordine recipere nequeant, deinde quia licet episcopalem iurisdictionem habere non valeant neque illam exercere possint hoc tamen diversitatem in charactere imprimendo sequitur et sermo quorundam similiter et si valde probabiliter, in oppositum plurimorum egregie cum Thoma 3a parte in supplemento q. 39. a. 2. Silvestr. verbo ordo a. q. 1. Enriquez lib. 10. c. 14. §. 3. et c. 16. §. 1. Granados tomo 3. controversia 9. tractatu 3. disputatione 1. n. 7. ratio discriminis inde dignoscitur quia episcopalis ordo ex sua institutione magis proprie adultorum quam parvulorum supponit non intrinsece caracterem sacerdotalem et praeterea dedit iurisdictionem in corpus mysticum ecclesiae seu regimen animarum neque episcopus consecratur constituitur animarum pastor, et animarum pastor essentialiter requirit usum rationis actu cum quis ad sacerdotium assumitur non fit immediate ex parte pastor animarum sed solum in habitu et radice confirmata a simili neque si infans ad summum Pontificatum assumeretur, nulla profecto esset talis assumptio, neque vicarius Christi essentialiter debet usu rationis consistere cum sit supremus et generalis dux pastor quo eius pari modo dicendum est de episcopo qui est pastor particularis in actu. ...

14. an Sacramentum ordinis debeat praecedere Sacramentum confirmationis

Ex quibus dimanat alia elegans quaestio an essentialiter in subiecto ordinando consideretur ut praecedat Sacramentum confirmationis ita ut eo sine medio sit impedimentum ordinis, et quae sit constat ex eo neque sicuti character confirmationis non requiritur ad alia Sacramenta valide recipienda, ita nec ad ordinis susceptionem cum nullum habeat intrinsecam

cum merito confirmatio cum sancto ordinis quam cum aliis sanctis quod sicut ad aliam requiritur de necessitate sancti, ita nega ad ordinem quem res tenet D. Th. d. parte 3. q. 33. a. 4. Silvestr. verbo ordo 2º q. 1. Navarr. c. 22. nº 9. Henriq. d. lib. 1. c. 24. nº 6. maior vero dubitatio est an saltem de necessitate praecepti necessaria sit confirmatio ante ordinum susceptionem, mihi tamen probabilius videtur de necessitate praecepti debere praecedere nam Concil. Trident. sess. 23. de reformatione. c. 4. aperte decernit ne prima tonsura initietur qui sacramentum confirmationis non susceperit. Cuius generalia verba non solum inducunt indecentiam sed etiam imponunt praeceptum et obligationem, nec dirigunt dumtaxat ad episcopum sed etiam ad suscipientes ordines, idcirco recipientes tonsuram aut alios ordines ante sacramentum confirmationis peccant mortaliter tanquam transgressores praecepti ecclesiae et consuetudinis ab ecclesia servatae in re gravi ac proinde ordinis sacramentum absque confirmatione valide sed non licite confertur ut observat Salcedo in praxi c. 24. Emanuel Rodr. in summa. 2ª parte. c. 17. nº 10. Barb. de potestate episcopi 2ª parte allegatione 2ª. nº 24. Bonac. de sacramentis. disp. 8. q. un. pu. 5. nº 20. irregularitatem autem aut suspensionem non incurrit etiam si quis scienter ordinetur ante susceptionem sancti confirmationis, ratio est quia irregularitas aut suspensio non incurritur nisi in casibus iure expressis. c. is qui de sententia excom. lib. 6. at in Tridentino neque in alia iuris decisione talis irregularitas vel suspensio imposita non est ergo non incurritur ita docent Henriq. Barb. et Bonac. locis supra citatis.

15. De aetate requisita ad ordines necessitate praecepti.

Hactenus diximus aetatem certam non esse de necessitate huius sancti, nunc videamus quae aetas legitima in quolibet ordine de necessitate praecepti desideretur, ut sic non solum valide sed etiam licite ordinatio fiat et ipsi quidem episcopus nemini cito debet manum imponere quod est ordinare ante maturam aetatem ut recte animadvertit Papa Leo in c. miramur. vide quid est cito 61. dist. c. quoniam manus 78. dist

quid est

merito usque ad praefinitum tempus in quolibet ordine nemo ordinari poterit. c. presbiteri vide usque ad praefinitum tempus eadem 78. dist. nam pueri qui non possunt in ecclesia deservire merito non debent idonei reputari. c. super inordinata 35. de prebendis dist. c. vel non est 14. de temporibus ordinationum nam pueri ad sacros ordines non debent admitti ne tanto periculosius cadant quanto citius conscendere ad altiora festinant. c. pueri. causa 20. 1ª q. 1. nam ante tempus puerum admittere ad ordinem ecclesiasticum cederet in effecto in ordinis ludibrium ut considerat Papa in d. c. vel non est 14. de temporibus ordinationum cum ordinis munera quis non poterit recte ante legitimum tempus gerere, nam tales debent eligi clerici qui digne possint dominica sancta tractare. c. tales 23. dist. quia semper esse desinit quod immature esse festinat. c. Sotericus 1ª q. 1.

16. De aetate requisita ad primam tonsuram

Nunc videamus iam quae aetas sit necessaria singulis ordinibus de necessitate praecepti et initium a sumamus a prima tonsura, minores ordines, requiritur in accipiente usum rationis qui usque regulariter completo septennio non antea venit constat ex Tex. in c. in singulis. c. quorum 77 dist. c. Regis 28. dist. c. nullus de temporibus ordinationum lib. 6. ubi praecipitur, ut ordinandi prima tonsura excesserint infantiam, et in Trid.

Ti

Tino 1° 23. c. 4. de reform. statuit, ut tonsurandi sciat rudimenta fidei legere et scribere et in c. 5 eiusdem sessionis asserit ad minores ordines promovendi bonum a parocho et magistro scholae in qua educatur testimonium habeat, et in c. 11. qui latinam linguam intelligant et in c. 6. imprimis illa Sancta Synodus supponit posse quem ante 14 annos in minoribus ordinibus constitui, tenet Salcedo in praxi c. 26. § ante legitimam Ledesma de ordinis Sacramento dubio 14. Acuña in de c. in singulis n° 3 et 6 in dict. Barb. de iure universo lib. 2. c. 38. n° 2. Sanchez lib. 7. in decalogum c. 1. dub. 33. n° 15. Egidius de Sacramentis disp. 1. dubio 20. n° 102. Bonac. 3° tomo disp. 3. q. 1. p. 12. n° 2. et 4. Et quamvis in iudicio maior aliqua aetas ut longius intervallum postulari videat, tamen tandem obtinuit post infantiam in quacunque aetate puerili arbitrio episcopi posse ordinari notat Menoch. de arbitrariis casu 435. n. 58. Suar. de censuris disp. 31. s. 2. n° 22. quia tantum habet Tridentina Synodus in d. c. 11. Ut conferant ordines minores ab episcopo conferendos esse illis saltem qui latinam linguam intelligant nisi aliud ipsi episcopo magis expedire videatur ut in c. 5 eiusdem sessionis ubi statuitur episcopos in quaerere de bonis de aetate promovendorum ad minores non quia aliqua certa aetas illis sit praefinita post infantiam sed ut ex aetate melius episcopus possit arbitrari expediat bene omnes simul minores ordines conferri ut optime notat Suarez ubi supra. Unde dimanat opinio non nullorum asserentium mortale peccatum committere episcopum conferendo et ordinatum recipiendo tonsuram aut minores ordines ante septennium, quo ante rationis usum tenet ut Sotus d. 25. q. 1. conclusione 4. ratione ducta quia tunc in re gravi violatur lex ecclesiae illud probibens quam sequitur Sanchez ubi supra dubio 33. n° 26. sed in ea re distinguendum censeo inter dantem et accipientem, recipiens non tantum tonsuram ante septennium cum non retineat usum rationis non peccabit mortaliter et idem dico si recipiat ordines minores ut tenet Henriq. d. lib. 11. c. 19. § 1. in glossa litera B. is vero qui confert infanti tonsuram et minores procul dubio peccabit mortaliter cum Bonifacius 8. cap. fox max. in d. c. fin. de temporibus ordinationum lib. 6. prohibeat expresse episcopus ne conferat infanti tonsuram addicta poena suspensionis annualis a collatione tonsurae et poena suspensionis non infligitur nisi pro culpa mortali quia committitur non solum conferendo tonsuram sed et si conferat minores 2° cum decius notabiliter est observandum suspensionem de qua ibi duntaxat habere locum in casu de quo loquitur nempe quando episcopus tonsuram infanti confert, nam tunc tamen suspenditur per annum ipso iure a collatione tonsurae atque ita minores infanti dando et si peccet mortaliter non tamen incurrit suspensionem quia nullibi haec imposita reperitur poena quamvis si ordinem diaconatus impuberi conferat episcopus sit suspendendus a collatione ordinum non ipso iure sed per sententiam ita intelligendum in c. vel non est sponsus 14. de temporibus ordinationum notat Rebuffus in praxi tit° de clericis male promotis gl. a. 2. n° 7. Henriq. lib. 8. c. 38. § 2. hodie tamen suspensio illa ipso iure incurritur ex novis bullis traditis a Marquino tomo 1 q. 5. c. 4. n° 17. quae quidem suspensio non privat episcopum a collatione caeterorum ordinum sed

17 Episcopus conferens minores ordines et recipiens ante usum rationis an letale reatum committat.

sed tm à collaõe ordinum quos impuberi illicite contulit ut suspendatur meo iudicio
18. De etaẽ ad maiores ordines ex iure antiquo et noviori requisita. — tm deliquit notat Acuña in c. 9 ecclesiasticis n° 3. 36. dist. ,,

Aetas autem ex specto ad maiores ordines requisita p diversitate temporum fuit alterata, nam ex decioẽ Iz in c. in singulis. 77. dist. subdiaconus qui effici poterat post 14um annum anumeratum ab infantia idẽ vigesimo anno expleto notat glossa ibidem Barb. de iure ecclico universo lib. 1. c. 37. n° 3. Sanc. de matrio lib. 7. c. 27. n° 8. et 20 notat Acuña ibidem n° 13. et etiam aperte demonstrat Iz in c. quicunque c. subdiaconus eadem 77 dist. ubi precipitur neminem subdiaconum fieri ante vigessimum etatis annum. Ad diaconum verò Concilium Carthaginense 3. c. 4. relatum in c. placuit eadem 77 dist. c. in veteri. 7. eadem dist. Denique decioẽ apud priores ad presbiteratum requirebantur triginta anni quod docuerit Iz in c. presbiter. c. nemo 78. dist. ⁊ quorum canonum intelligõe observabit presbiterorum noĩe etiam eppos significari quos non ante expletos triginta annos consecrare licebat ut testatur Marquinus Bracarensis eppus in sua veterum canonum collaõe. c. 20. et Isidorus in lib. 2 de divinis officijs c. 5. quod etas ideo sacerdotibus et eppis requirebatur quia ea in etate Dominus noster cepit predicare ut constat Luce c. 3. Deinde pro hec triginta annorum etas in eppis hucusque permansit tamen in presbiteris fuit diminuta ut constat ex Iz in c. ult. 78. dist. ubi refertur quod si urgeret necessitas permissum eet in vigessimo anno presbiterum ordinare, et in clẽ ult. de etatẽ et qualitate Clemens 5us decrevit posse quem in vigessimo quinto anno ut presbiterum ordinari, in 18. subdiaconum, in 20 diaconum. Novissime autem Sancta Tridentina Synodus sessione 23. de reformaõe c. 12. statuit ut nullus imposterum ad subdiaconatus ordinem admittatur ante 22. annum, ad diaconatum vero ante 23. ad presbiteratum ante 25. etatis sue annum, quo iure hodie utimur. ,,

ad diaconatum n. 25. Concilium Carthaginense

19. q annus inceptus in ordinibus ut expletus habeatur. ,,

Impraxi dubitari solet q illi anni ad ordines requisiti debeat ee expleti, an sufficiat ultimum incoasse et impletos requiri suadetur ex Iz in l. q ante 13. ff. de V. O. ubi Iuris consultus docet eum q ante Kalendas stipulatur similem ee ei q Kalendis stipulatur, et cum Tridentinum utatur dictioẽ illa ante cum ablatiõe precedenti perinde erit ac si dixerit non ante impletum ultimum annum, et saltem usque proveniat ad ultimum diem quo et alijs fundamentis hanc partem tenet Menoc. de arbitrarijs casu 422. n° 24. Aveuedo in l. 3. n° 17. tit. 20 lib. 8 recopilaõis, Gratianus 3° tomo disceptaõum forensium c. 413. n° 22. Sed rigorosius dicendum ẽ q ordinandus habeat inceptos annos designatos à Trid. post unicum diem ultimum anni. et probatur non ex eo solum q dicta solet in favorabilibus ba dies [illegible] Farinacius haberi pro expleto. l. qua etate ubi doctores ff. de testamentis num q cum non usque quaque adaptatur presenti questioni ut considerat Marquinus de ordine [illegible] lib. 1. q. 5. c. 4. n° 17. sed precipue per ex eo quod ex antiquo iure in d. clẽ fin. de etaẽ et qualitaẽ sufficiebat inceptus annus, notat glossa et doctores ibidem Greg. Lopez glosa Verbo 25. in l. 26. tit. 6. partit. 1. Albertus Trovius de vero et perfecto Clerico c. 17. n° 2. et ius novum cum antiquo semper intelligendum est nisi [illegible]

427.

ex

exp̃sse n̄ recedat. c. cum expediat de electione lib. 6. Deinde quia Trid. synodus in d. c. 12. asserit posse dari beneficium curatum ei qui attingat 25. annum id caperit, sed eadem aetas requiritur ad curatum quae ad sacerdotium s.m dei ptum ad sacerdotium quam ad reliquos ordines sufficit annus coeptus ut recte tenent Nava. in manu ali. c. 25. n.o 116. Salcedus in prax. d. c. 26. § ant elegitimam aetatem tradit ab Acuña in d. c. subdiaconus n.o 1. et 2. 77. dist. Barb. in remissionibus ad decisiones d. s.e 23. de reform. c. 12."

Vn.o infertur die ipsa quaqui 24. aetatis a nativitate annum n̄ pot. qs ordinari. implevenit n̄ posse licite ordinari sacerdotem quia tunc ordinatur ante 25. cum illum tentium attingat sec. autem erit incipiente iam die sequenti et prim. gerat. Quirog. de Smtis. dg. 20. dubio 10. n.o 102. Sanc. lib. 1. n.o 6. cum ... porro illam dicatur coeptus annus 25.us l. adrogatio ... 8. ... annus ff. de muneribus et honoribus quae eadem observatio facienda est in aetate pro reliquis ordinibus et ... civilibus honoribus adipiscendis notat Alvericus in d. l. adrogatio. n.o 2. nisi in quorum eis inquit ex speciali ordinatione requirantur anni certi expleti, ut docet Caldas Pereira in l. si curatorem habens ... 3.a ctiam n.o 41. et 44. C. de rescindenda vendie, et est adnotandum quod praedicta Tridentini nova constitutio aetatem pro maioribus ordinibus recipiendis, procedit et in regularibus, nec dictis qui praetextu suorum privilegiorum Innocentii 4.i Pij 5. et aliorum Pficium nequeunt ordinari aetate minori neque cum illis poterit generalis eorum praelatus dispensare et moveor ex verbis Tridentini in d. s.o 23. de reform. c. 12. ibi reguares quoque nec in minori aetate sine diligenti Episcopi examine n̄ ordinentur privilegijs quibuscunque quoad hoc penitus exclusis quae verba expresse eorum privilegia revocat ut refert Emanuel Rr. 3.o tomo regularium q. 23. a. 6. Miranda in manuali praelatorum q. 39. ar. 1. extradictis a Barb. de pot. Episcopi 2.a p.te allegatione 15. n.o 1. in fine, neque etiam poterit Episcopus cum regularibus sicuti cum caeteris clericis in aetate dispensare notat ... verbo anno. in d. cla. fin. de aetate et qualitate. Sanc. dub. lio 33. n.o 28. est tamen magnopere animadvertendum n̄ solum aetatis minorem id quando maiorem n̄ posse ad ordines admitti veluti si qui senio confectus ad decrepitudinem accedat itaut ministerijs ecclesiasticis existat ingabilis. c. vn. 85. dist. c. fecisti 7. q. 1. c. litteras 1.o de renuntiatione, attamen si senex robustus sit corpore et sanus mente n̄ solum capax et gabilis suscipiendis ordinibus est sed verum etiam iuvenibus et alijs est praeferendus c. statuimus 3. in fine 61. dist. iuncta eius glossa Marquinus in d. 5. a p.te. c. 2. n.o 26. senex n̄ praesumitur doctus et prudens. Job. c. 12. et 4. annorum multitudo docet sapientiam argumento ad. in cla. 2.a in princ. de iudijs senex n̄ praesumitur magis morigeratus c. nisi cum pridem de electione et, maturitas in senibus et solet quo circa in electione beneficiorum et cappellaniarum caeteris paribus maior aetas solet ut dignior praeferri argumento ad. in l. fin. C. de fide instrumentorum

Ad. ... ordinis ... ... 13 ... 20.

in die ult.a 24. anni

ntory Guz. sitio 2. n° fin. Zaballos practicar. questionum q. 693. Lara de capellanijs lib. 1. c. 7. n° 2. et lib. 2. c. 3. n° 15. ...

22. De scientia ordinandorum, et quae in ipso ad 1am tonsuram.

Dictum est de aetate nunc vero de scientia et qualitate ordinandorum videamus quae tamen requisita ordinibus recipiendis est literarum scientia et disciplinarum eru(di)tio c. quaqum. 24. dist. c. illiteratos 1° et 2. 36. dist. c. ... 55. dist. c. ... de aetate et qualitate c. fin. de temporibus ordinationum lib. 6. siquidem scientia et eruditio ... administratione est omnino necessaria. c. nisi cum pridem ... defectu ... ignorantia literarum ut potè ... sacris officijs ab ordinum susceptione arcet. d. c. illiteratos 36. dist. et consequenter a beneficiorum ... grave ... 29. de ... c. cum in cunctis 7. de electione, ignorantia ... tanquam mater cunctorum evitanda est a ministris ... cuique fugienda a Sacerdotibus quorum officium est populum docere et fideles erudire in lege Dei ut ... Toletanum c. 24. ... in c. 1. 38. dist. c. cum sit 14. de aetate et qualitate ubi loquens de illiteratis ... sacerdotium non debent admitti reddit rationem ... sanctum ... in ordinatione maxime sacerdotij paucos bonos quam multos malos habere ministros ... si caecus caecum ducit ambo in foveam dilabentur ... canonicae leges et divina auctoritate nituntur. ... c. 4. ... reijcit a sacerdotio ... missi, quod refertur in c. ... 38. dist. ... labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt de ore eius. quod refertur in c. 4. 48. dist. scientia non ... ordinibus maior, in ... minor ... qualitate ordinis et officij desideratur, ... si non eminens tamen saltem ... aut sufficiens ... c. cum nobis 29. c. ecclesia 97. de electione. ... Greg. de beneficijs c. 37. n° 13. ... ad 1am itaque tonsuram illud dumtaxat exigit quod statutum in Trident. ... sess. 23. de reform. c. 4. ... ut ... confirmati et de illa fuerint instruendus sciat fidei rudimenta, legere et scribere, saltem sua nativa lingua ... Azorius 2a parte lib. 6. c. 6. q. 2. Barb. de potestate episcopi 2a parte allegatione 11. n° 5. Sanchez lib. 7. consiliorum c. 4. dubio 45. n° 11. addit praeterea ... citato loco ... tonsurandi habeant ... probabilis conjectura ... elegisse non ... saecularis iudicij fugiendi fraude ... ut Deo ... fideliter cultum ... occasione. Navarrus in manuali c. 25. n° 108. Ledesma in summa ... de sacramento ordinis existimarunt 1am tonsuram aut minores ordines recipientem cum ... non perseverandi in statu clericali ... saecularem et gaudendi privilegio clericali peccare mortaliter, ... contraria sententia magis probabilis est quam tenet Sanch. lib. 7. de ... 31. n° 16. et 17. ... de sacramento dubio 20. n° 105. Hurtado de ordine difficult. 22. ratio est quia Tridentinum ... nullis utitur verbis praeceptivis quae inducant obligationem sub mortali peccato, ... ostendit ... decentia et clericalis status reverentia ... postulat, quam sic amplectitur Barb. de iure ecclesiastico universo lib. 1. c.

Hoc vita

38

38. nº 41. et 42. ,, 22.

Scientiam ad maiores ordines necessariam nobis ostendit Tridentinum duobus decretis in d. s. 23. de reform. c. 13. ubi pro subdiaconatus et diaconatus suscipiendis ordinibus requirit ut probetur in minoribus ordinibus fuerit versatus atque literis et caeteris quae ad ordinem exercitium pertinent sit instructus et in c. 14. statim sequenti ad presbiteratus ordinem assumendum declarat idoneum esse debere ad docendum populum et scire omnia necessaria ad sacramenta ministranda quae de eius examine constare debet. In relligiosis autem non tanta literarum peritia exigitur quanta in saecularibus desideratur nam si bene legant, canant, et sciant atque intelligant essentialia quae servanda sunt in missae sacrificio et quae pertinent ad propriam animae suae directionem poterunt licite ad sacros ordines promoveri, ratio est quia cum aliorum consortio et communicatione praesumitur postea facile in literis erudiri quae praesumptio in saeculari clerico non ita se habet notat glossa in c. Lege 16. q. 1. Enriq. lib. 10. c. 16. § 2. et lib. 14. c. 8. § fin. Miranda in manuali 2º tomo q. 8. a. 7. Emanuel Rodriguez 1º tomo regularium q. 29. a. 7. ,,

Scientia ad maiores ordines.

23. Deinde pro intelligentia Tridentini in d. s. 23. de reformatione c. 14. scire oportet an qui ad sacerdotium promoveri desiderat, teneatur debeat esse pro dicto scientiam ut confessiones in foro paenitentiali audire valeat, et pro affirmativa parte faciunt verba Tridentini in d. c. 14. ibi atque ad administranda sacramenta diligenti examine praecedente idonei probentur quae verba cum sint generalia generaliter absque distinctione solent intelligi l. de pretio ff. de publiciano in rem actione, l. 3. ff. de officio praesidis deinde facit Bracharense concilium 2um c. 20. ubi cavetur ad sacerdotium promovendum fore prius examinandum in iis quae ad scientiam confessionis expectant. Id nihilominus negativa pars verior est et in praxi observata probaturque ex eodem Trid. c. 15. immediate sequenti ubi decernit quod quamvis presbiteri in sua ordinatione accipiant potestatem absolvendi a peccatis nihilominus nullus confessiones audire potest nec idoneus nec reputatur nisi aut parrochiale obtineat beneficium aut examine iterum facto per episcopum aut alias fuerit ab eo idoneus iudicatus, quo decreto satis cavetur examinandam scientiam in susceptione ordinis sacerdotalis non fuisse ad confessiones audiendas in foro paenitentiali, neque obstant verba Tridentini in d. c. 14. ibi ad administranda sacramenta quia sunt intelligenda ratione administrationis sacramenti baptismi, eucharistiae et extremae unctionis ut considerat Vasquez 3º tomo in 3am partem disp. 246. c. 6. nº 54. Gaspar Hurtado de sacramento ordinis difficultate 22. ratio finis est ut melius existimo verba illa generalia concilii Tridentini sunt intelligenda ratione scientiae quae omnia sacramenta pertinet ad eorum materiam et formam et generalia saltem principia quae cognoscere debet sacerdos, cum in articulo mortis possit sine novo episcopi examine illud paenitentiae sacramentum ministrare ita Bartholomaeus de Ledesma in summa sacramentorum tit. de ordine dubio 16. Ogagavia eodem titu. c. 9. nº 11. nequaquam

Presbiter scire debeat necessaria ad confessiones.

co

24. De morum probitate

colligitur ex d. Concilio Bracarensi q^a quod conveniat cum his que asserimus tamen non obstat cum loquatur de illis qui ad sacerdotium promoventur simul cum onere animarum.

Diximus de etate et scientia ordinandorum, nunc de moribus et probitate videamus, mores et vita qui accipiuntur pro iusto et recto actu vivendi absque vitiis et facinoribus c. 1. et fin. 49 dist. c. si qui. § ult. si nullo gravi 77 dist. discutiendum itaque est utrum sit castus qui ordinari desiderat c. Erubescant 1. q. 1. c. 2. versi. et si in fornicatione 1. q. 7 et fere totam 36 dist. usque ad 38. Similiter ornatus virtutibus ut videre est per totam 40 dist. usque ad 45,

42m. non criminosus c. 1. 81. dist. non vinosus c. 1. iuncta eius summa 35 dist. non Litigiosus, non maledicus non infamis non publico iuditio damnatus ut optime decernit Toletanum Concilium relatum in c. fin. 51 dist. c. 2. 55 dist. ubi etiam cavetur ne ad ordines promoveantur qui penitentiam egerunt quod minime intelligas de penitentia privata sed de publica quando quis sua publica scelera commisisse fuerit confessus c. si quis § 8. 78 dist. c. maritum 33 dist. c. precipimus 34 dist. c. penitentibus 55. cum sequentibus 50 dist. c. 2. de bigamis. De qua publica penitentia permittente deo Late dicemus anno sequenti in titulo de penitentia.

25. De approbatione populi

Olim non ministri ecclesie approbatione populi eligebantur c. nullus 2 24 dist. c. fin. 51 dist. c. clerici 26. 63. dist. cuius haec sunt verba clerici plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur, que quidem potestas propter turbas et alias rationes populo fuit sublata in Concilio Laodiceno c. 13. relato in c. non est 6. eadem 63. dist. cuius haec sunt verba non est permittendum turbis electionem eorum facere qui ad sacerdotium promovendi et in Concilio Sardicensi sub Iulio 1° anno 340. celebrato, fuit statutum ne ad clamorem populi electio fieret quia manifestum erat potuisse plures qui sincera fide non habebant premio et mercede corrumpi, preterea quia presentia et acclamatio populi libertatem tollit. l. si privatus ff. qui et a quibus cessante vero libertate cessat et irrita erit electio c. ubi periculum § ceterum de electione lib. 6. notat Acuña in d. c. clerici 63. dist. in qua quidem populi electione successit consuetudo ut episcopus interroget publice Archidiacono quod ordinandi digni sint et respondet scio et testificor ipsos dignos esse ad huius officii onus; posteà vero episcopus ad populum versus ait si quis habet aliquid contra illos procedat ut habetur in pontificali sed hodie ex Trident. d. sess. 23. c. 5. 13. et 14. desideratur ut qui ad minores ordines promovendus est bonum testimonium habeat a parrocho et magistro scole ad maiores autem ex eodem Trid. d. sess. 23. c. 6. ante ordinationem adire debet episcopum qui parrocho et alteri cui magis expedire videatur committit ut nomen et desiderium ordinandi publice in ecclesia proponat atque de illius moribus et vita a fide dignis diligenter inquirat et testimoniales literas de inquisitione ad episcopum mittat notat Bonac. de Sacramentis disp. 8. q. un. punct. 5. n° 27. Sanc. lib. 7. consiliorum c. 1. dubio 46. n° 7. posteà vero diligenter examinatur ab episcopo et consuetis peritis ut habetur in c. primo 24. dist. c. sta-

Juxta quod de purgatione canonica. ·//· 26.

Diximus de aetate, doctrina, et moribus ordinandorum nunc de genere et nativitate videamus de qua in Concilio Trid. d. s. 23. de reform. c. 6. ut ordinandorum genus quod verba Tridentini Doctor Sanchez in 1 ea[dem] te n.° 23. de rescriptis existimat ea intelligenda ita quod ordinandi non descendant a genere et origine iudeorum. aliqui vero predicta verba interpretantur de genere ut quod ordinandus sit legitimus et liber cum de defectu non debeat quis promoveri c. 1. et per totum de servis non ordinandis c. 1. de filiis presbit. lib. 6. ita tenet Cenedus ad decretales collectanea 77. n.° 2. Acuña in d. c. quando 24 dist. n.° 6. mihi non placet quod sensus illorum verborum sit ut episcopus inquirat an promovendus sit ex filiis et nepotibus hereticorum fautorum, defensorum, et receptatorum quos iura nostra a suscipiendis ordinibus excludunt usque ad 2.um gradum via masculina et usque ad 1.um via feminina per text. in c. 2. § haereticum de haereticis lib. 6. et ita accipiunt Tridentinum Salcedus in praxi c. 22. n.° 24. Emanuel Rodrigues in summa 1.° tomo c. 260 n.° 2. et alios quos refert Sanchez ad praecepta decalogi lib. 2. c. 28. n.° 15. Barbosa de potestate episcopi 2.a parte allegatione 10. n.° 4. quo sensu accipiendum est quod ea de re Trid.a Synodus refert in d. sesse 23. de reform. c. 5. et s. 22. de reform. c. 2. inquiri non investigationem originis ordinandorum ubi loco genus substituit verbum natalium quod idem importat. l. 1. et 2. ff. de natalibus restituendis l. neque natales. C. de probationibus. l. ex libera. C. de suis et legitimis. l. cum proponas. C. de rebus creditis. ·//· Quibus non est quod neophitus ad ordines admittatur. et 1.° videamus quis neophitus appelletur, neophitus dicitur a verbo neos quod est novum et phitos quod est fides quasi novus in fide, notat Bernardus Diaz in praxi c. 21. n.° 1. Neophitus non dicitur is qui ex l. mosaica, aut mahometica ad l. christianam recenter conversus est, is non ad ordines non admittitur. c. neophitus. 61. dist. c. quoniam sicut. 48. dist. et ideo non admittitur ne elatus in superbiam forsan credat fidem christianam eius auxilio indigere ut docet Apostolus 1. ad Timotheum c. 3. notat Acuña in d. c. neophitus n.° 2. Barb.a de potestate episcopi p. 2. titulo 2. gl.a 17. n.° 5. cum non liceat ut qui heri erat catechumenus hodie fiat sacerdos, illa tamen iuris decisio minime procedit in eo qui diu antea aut ex ipsa nativitate iam baptizatus est, quamvis genus ex genere iudeorum aut maurorum descendat is non si morum probitate et evangelica l. quidem sit instructus sola episcopi dispensatione ad ordines admitti poterit ratio est quia cum iam diu sit firmus in fide cessat ratio prohibitionis supra adducta ut expresse docet Acuña in d. c. neophitus. 61. dist. Acuña ibidem et in summa. 48. dist. Barb. de potestate episcopi 1.a parte titulo 2. gl.a 17. n.° 6. idem 2.a parte allegatione 10. n.° 7. quare Summi Pontifices aliquando ad Episcopatus neophitos promovere post longam

vi

Marginal notes: genus ordinandorum (beside para. 26); 27.
de neophitis

vitæ probatæ et postquam in eis succreret quantitas humilitatis et in fide solidati appareret ut vidimus ætate nostra Alexandrum de franciscis vulgo Braianum nuncupatum á Clemente 8. ad episcopatum forolibiensem assumptum qui quamvis esset in hebraismo natus postea ad fidem conversus, Christianæ pietatis sinceris fuit amplexus affectibus vergentes sanctissimæ dominicæ familiæ ingressus ubi evasit homo caritatis insignis et prædicator egregius quod sufficiens fuit ut illi episcopale munus committeretur ut refert Barb. de off. 2. c. 17. n. 9. 2.

28. De corpore vitiato. Cavetur praeterea in d. s. 23. c. 7 ut episcopus diligenter inquirat personam ordinandi, ne forte sit corpore vitiatus quia decretis canonicis id dicitur sancitum, ne truncatum aut vitiatum corpus habens audeat suscipere ordines, ut praecipimus 32. dist. c. 2. 55. dist. c. 1. et 2. de corpore vitiatis, sic et in veteri lege dominus loquitur cum Moyse Levitici c. 21. praecepit ut nullus qui corporalem maculam habuerit offerat hostias domino ut refert D. Gregorius in c. quia et enim 49. dist. "

29. De titulo ad ordines. Prosequitur Tridentinum in d. s. 23. c. 7 ut in titulo quo quis significat titulum quem suscipit episcopus in sanctissimo ordinandorum inquirere tenetur d. c. quando 24. dist. c. neminem ex electorum 70. dist. c. accepimus 13. de ætate et qualitate c. praecipimus 37 de simonia cum nemo in ecclesia aliqua institui aut proponi debet nisi facultates ecclesiæ ad victum eius ministri sufficiant c. 2. c. auctoritate 4. de institutionibus c. quoniam de vita et honestate cler. c. fin. iuncta eius glossa de V. S. atque inde neque ad ordines suscipiendos minores promoveri valet argumento c. cum secundum apostolum de præbendis Trid. s. 21. de reform. c. 2. ne alias in dedecus clericalis ordinis cogatur mendicare c. diacono qui mendicare 93. dist. c. ad supplicationem de renuntiatione c. 2. et 4. de præbendis, merito Trident. Synodus d. s. 21. de reformatione c. 2. statuit ne quis deinceps clericus sæcularis quamvis alias sit idoneus moribus, scientia et ætate ad sacros ordines promoveatur nisi prius legitime constet eum beneficium ecclesiasticum quod sibi ad victum honeste sufficiat pacifice possidere, patrimonium vero et pensionem obtinentes ita demum ordinari possint si episcopo attenta necessitate aut commoditate ecclesiarum visum fuerit, quod patrimonium et pensio sufficiat ad vitam sustentandam obtinentis, et tamen decernit ut patrimonium aut pensionem sine licentia episcopi nullus alienare, extinguere aut remittere nullatenus valeat donec beneficium ecclesiasticum sufficiens adeptus sit aut aliud quo honeste vivere possit nam quamvis alias plura de ista exiterit attendere suscipienda Navarrus, Syrus et alii quos refert Benedictus collectanea 33. ad decretales. tit. de beneficiis 2a parte c. 5. Barb. de potest. episc. 2a parte allegatione 19. et 20. Barbat. 1o tomo de sacramentis d. 8. q. in princ. 1. n. 18. Sanchez lib. 7. moral. c. 1. dubio 34.

30. Qui ordinatur cum beneficio et patrimonio ficto sit suspensus.

valde

Valde inter DD. controversum est qua poena sit minus statuta contra eum qui sine titulo sufficienti
sacrum ordinem recepit. nam de iure antiquo attenta decisione Textus in c. neminem 2. c.
Sanctorum 2. 70. dist. is qui sine titulo sacrum ordinem recepit vacuum habet manum impo
sitionis hoc est quod vere maneat ordinatus tamen irrita erit eius ordinatio saltem quoad
executionem, merito suspensus manet ab ordinum exercitio, post deinde, 2° tempore
Innocentius 3us in c. cum secundum Apostolum de praebendis suspensionem illorum iurium abro
gavit et abstulit itaut ordinatus sine titulo debeat necessariis alimentis ab episcopo
ordinante provideri donec beneficio competenti ei provideat, quam sententiam tenet Cenedus
ad decretales collectanea 33. n° 2. et 6 ad finem. Avila de censuris parte 3. disp. 5.
dubio 4 et 5 Barb. plures referens de potestate episcopi 2a parte allegatione 31. n° 27
et singulare opinionem decisum fuisse in sacra congregatione testatur Goncalez ad regu
lam 8. cancellariae glosa 5 § 10. n° 22. ex traditis ab eodem Barbosa ubi supra n° 27
idem innotuit ad Concilium Trid. in d. sessione 21. c. 2. vbi antiquorum poenas super his
innovando, dubium non est quod poenae statutae in d. c. Sanctorum c. neminem in totum
sint sublatae itaut ordinatus maneat liber a suspensione per decisionem Textus in d.
c. cum secundum Apostolum etiam si fuerit in culpa episcopus falsis probationibus et menda
tiis se fefellerit dicendo patrimonium vel beneficium esse verum cum falsum esset et asse
runt quod sive ordinatus sit in culpa sive non quamvis peccet mortaliter tamen liber ma
net a suspensione illorum iurium pro nobis decisione Textus in d. c. cum secundum Apostolum de
praebendis notat Acuña in d. c. Sanctorum 2. n° 4. 70 dist. Barbosa plures refe
rens d. n° 27. — nec obstabit non nullorum opinio asserentium suspensionem in dictis
iuribus tamen sublatam esse per textum in d. c. cum secundum Apostolum eo casu cum episcopus
in culpa fuit sciens titulum esse falsum manere vero incorrectum quoniam ordinatus decepi
t episcopum ut tenet Butrius in c. non licet de praebendis Navarrus consilio 1. q. 10. n°
15. inducitur ex eo quia alioquin lucrum ferret ex suo dolo fuit ordinatus si episcopus ex
ordinatus obligaret ad ordinati sustentationem. — Cui considerationi refert ...
adducta rendit Gonzalez d. glosa 5 § 10. n° 31. Lotterius de beneficiis parte 2. c. 5. n° 38. asse
rendo eo in casu episcopum non teneri alere falsum et sic non solum in parte sed in totum sub
latam esse suspensionem illam per textum in d. c. cum secundum Apostolum ut tenet Acuña plures
referens in d. c. Sanctorum n° 5. Barbosa ubi supra n° 27. — nec obstat quod sancta Tri
dentina Synodus sessione 21. de reform. c. 2. in fine vbi antiquorum canonum poenas super
his innovando, quae talia verba approbare videntur poenas antiquorum canonum d. c.
neminem c. Sanctorum 70. dist. quia receptum ... innovasse et
approbasse poenas statutas in d. c. cum secundum Apostolum contra episcopum qui scienter aliquem
sine titulo ordinavit ut sic cogatur illi providere, quam opinionem propter auctoritatem
tantorum patrum sequor, quamvis in puncto iuris ista veriorem esse existimem
nec obstat constitutio Sixti 5. contra clericos promotos qua statuit clericos

sine

sine suscipi beneficio, et patrimonio promotos ad sacros ordines, qui vel suspensi esse, quia constitutio illa et alia Clementis 8 quae incipit Romanus Pontifex anno 1595 fuit redacta ad terminos sacrorum canonum et in constitutione Pii 2 quae incipit cum ex sacrorum fuit declarata ad dispositionem Concilii Tridentini ut refert Barbosa ubi supra n° 2 et 27.

31.
quod reservato usufructu proprietas alienari possit?

Unde dimanat elegans illa quaestio attenta prohibitione alienandi ut relata in d. Concilio Trid. sess. 22 de reform. c. 2 possit clericus retento usufructu bonorum patrimonii ad cuius titulum fuit ordinatus, alienare duntaxat proprietatem. Et pro parte affirmativa primo ratio suadetur ex eo quod dispositio Tridentini fundatur in illa ratione ne clericus alienato patrimonio cogatur mendicare cum ordinis dedecore ut colligitur ex citatis iuribus notat Sanchez d. c. 1 dubio 38 n° 3. sed quando fructus patrimonii retinentur a clerico non magis mendicare compelli[tur] quam antea, ergo proprietatem poterit alienare in cuius argumentum quodammodo facit notabilis doctrina Iasonis in l. filius familias § divi n° 38 ff. de legatis 1. Angeli consilio 269 columna 1 et 2 asserentium rem alienari prohibitam posse alienari quando id fieri valet servata mente et voluntate alienationem prohibentis quod sequitur in proposito casu cum servetur mens et animus Concilii de non mendicando. 2° eadem opinio suaderi videtur ex eo quod clericus usu sustentatus et alimonia nihil amplius habet retinendo proprietatem patrimonii quam usum fructum et fructus illius atque ideo ad ordines suscipiendos sufficiens reputatur patrimonium quod filio a patre donatum fuerit ea conditione ut filius ex eo habeat usumfructum interim dum beneficium aliquod aut alia bona ad congruam sustentationem sufficientia adquirat ut sentit Sacra Congregatio Cardinalium 22 anno 1590 ergo dum usus fructus patrimonii clerico remaneat licebit ei nudam proprietatem alienare. 3° suadetur ex verbis eiusdem Concilii d. c. 2 ad finem quae probant ita demum patrimonium ad cuius titulum quis fuerit ordinatus alienare Concilium permittit si fuerit consequutus beneficium vel quid aliud unde vivere possit sed vendita et alienata nuda proprietate remanent clerico redditus et usus fructus integer quo vivere valeat ergo tercia aequitas proprietatis quod licite ea alienare poterit. 4° et ultimo quod probatur quia licet aliter donatio omnium bonorum nullius sit momenti l. si libertus § si plures ff. de iure patronatus et fraudulenta censetur l. ex. 27 § lucius ff. quae in fraudem creditorum quae sunt l. 69 tauri l. 3 tit. 10 lib. 5 recopil. tamen si bona omnia donentur reservato usufructu quo possit donator inter vivos et causa mortis disponere valida et firma donatio erit ut notat Alexander et Iason in l. stipulatio 61 ff. de V. O. Covarr. lib. 3 var. c. 12 n° 1 Mantica de tacitis quaestionibus lib. 13 tit. 31 et 32 quod alienatio bonorum patrimonii reservato usufructu a clerico facta valida erit non obstante Trid. in d. c. 2 . .

32.
quae vera est sententia.

Sed nihilominus pars negativa sequenda et defendenda mihi

Primi vero quo ad prius ex expressa prohibitione Concilij Trid. in d. c. 2. quia absolute in-
hibet alienationem patrimonij adeo ut titulus fuit ordinatus, alienationis autem nomine
distinguitur omnis actus per quem dominium transfertur. l. 1. cum vulgatis ff. de fundo dota-
li, imo et de illis quorum causa ex post facto ad alienationem pervenire potest veluti
pignoratio seu hypotheca l. fin. C. de rebus alienis non alienandis quae omnia in
decreto Concilij prohibetur, merito etiam constitutio census in bonis patrimonij seu
tituli est prohibita Felicianus decisionibus 2° tomo lib. 2. c. 3. n° 12. sed in
casu proposito agitur de transferenda proprietate atque dominio quod proprie alie-
natio est quae prohibita censetur per Concilium maxime quia mutatis aut alteratis bo-
nis illis extingueretur usufructus clerico reservatus prout etiam in c. finitur
instituta de usu fructu et toto titulo ff. quibus modis usufructus amittatur.
2° sic nostra probatur ex dictione illa nullatenus qua utitur Tridentinum in
prohibitione alienationis illorum bonorum cuius dictionis natura est universaliter
negare et excludere quancumque etiam minimam partem gl. in c. nemo potest
de reg. iuris lib. 6. Barb. de dictionibus dictione 226. quo prohibitio
Tridentini comprehendit etiam alienationem proprietatis quae non minima pars est
patrimonij. 3° probatur ex eo quod Trid. ad hoc ut clericus etiam cum licentia Episcopi licite
possit patrimonium alienare requirit ut prius consequatur sufficiens beneficium
unde vivere possit et hoc significat dictio illa donec notat Barbosa de
dictionibus dictione 76. sed in casu quo examinamus clericus non prius acqui-
vit aliud beneficium neque adeptus est alia bona vel aliud patrimonium quo
vivere possit ergo non potest alienare proprietatem quamvis sibi reservet usumfructum
ut indicat Trident. in dictione illa aliunde quae demonstrat ex alia
causa aliud patrimonium acquirere, in cuius confirmationem facit quod in tractatu
permutationis non prius consequitur alterius bona quam prius dimittat sua ut
sic simul ex utroque latere acquiratur et dimittatur l. 1. ff. de rerum permutatione
et ideo clericus bona sui patrimonij non potest etiam permutationis titulo transferre
quamvis acquirat alia quia hoc non prius aliunde consequutus est ut Trid. deside-
rat docet Gonz. ad regulam 8. Cancellariae gl. 5. § 20. ex n° 35. Gratianus
disputationum forensium 1° tomo c. 199. n° 3. quo multo minus poterit alienare pro-
prietatem etiam retento usu fructu si non prius sufficientia alia bona fuerit
consequutus. 4° et ultimo praecipue probatur ex celebri decisione Iustiniani in l. fin. § filijs
autem C. de bonis quae liberis iuncta expositione Osualdi lib. 6. c. 5. tra. 1.
ubi filius familias cui adventitiorum bonorum pertinet proprietas patre usumfru-
ctum habente non potest proprietatem ipsius sine consensu et voluntate patris alienare ne pa-
tri praeiudicium fieret qui bonorum administrationem et plenissimum ius utendi habet

notat Antonius Gomez 2° tomo variarum c. 13 n° 9 cuius decisionis argumento si filius familias ex contractu aliquo fuerit obligatus ut in l. tam ex contractibus ff. de iudiciis, l. filius familias l. 2 ff. de obligationibus et actionibus condemnatus sit non poterit executio fieri nisi solum in usu fructu adventitiorum bonorum patris competenti verum neque in ipsis bonis et eorum proprietate neque iudicium patri fiat notat Alvericus in l. et si condemnatus 35 ff. de re iudicata, Salgado de protectione Regia 4 parte c. 8 n° 238. sed cum in casu proposito lex canonica det clerico plenissimam fruitionem et administrationem sui patrimonii ut ex eo vivere valeat non poterit eius proprietatem alienare in quale quale praeiudicium praesens aut futurum substitutionis patrimonii.

Praesertim cum in Concessione secundi rescripti deficiat Pontificis voluntas et intentio, sine qua concessio non valet, iuxta tex. in cap. fin. de dilationibus. ibi: Cum meae intentionis non fuerit primum mandatum praecludere, et revocare: Maxime cum revocatio litterarum odiosa sit, ut docent tx. varij, et ex Innocentio resultat communis opinio in cap. ex litteris de officio delegati. et ideo non praesumitur in l. eum qui. ff. de probationibus. Unde iure nostro improbata est, ut constat ex Clementina unica de renuntiationibus.

Nec obstat tex. in cap. Sane de officio delegati ubi si duo rescripta fuerint impetrata, etiam si constet de prioritate litterarum non tamen [illegible] valet

-emitti, sed supersedendum est, donec Summus Pontifex consulatur.

Horum tamen iurium difficultas adeo grauissima est, ut multi eos conicant: soluat Apollo. ut refert Barbatias in cap. 2. Omissis tamen varijs interpretationibus scriptis ab omnibus interpretibus Antiquis, verissime respondendum est textum in dicto Cap. Ceterum, procedere quando de priori impetratione constat: tex. vero in dicto Cap. 2. diversa rescripta sub eadem datae, et contraria forma impetrantur. Quo casu cum de prioritate non possit constare constare, et incertitudo succedat, reddatque dubiam Pontificis voluntatem, merito utriusque executioni supersedendum esse, donec consulatur ipse Pontifex. Et addit rationem non improprium Alexander 3. scilicet ne propter incertitudinem finis litis impediatur, et partes sumptibus, et laboribus vexentur. iuxta tex in dicto Cap. finem litibus. de dolo et contumacia. quam interpretationem tradit Glossa magistra in Cap. Extenore. verbo: negotio. de rescriptis. Secuntur Cardinalis in dicto Cap. 2. ubi Abbas n°. 2. et Barbacias, et Immola, Beroyus in Cap. Cum venisset n° 12. de iudicijs. Rebuffus. 2. tomo ad leges Gallicas in profatione. n° 10. Gambara de potestate legati. lib. 2. n° 227.

Nec adversus hanc interpretationem obstare debent verba in dicto Cap. sane ibi: non facta primum litterarum mentione: Ex quibus sane videtur de priori data mentio nasci, et plane constare; nam licet in hoc grauis illius textus difficultas consistat, reiecta ibi interpretatione Abbatis qui dicit illa verba non referri ad impetrationem priorem, sed ad iudicialem presentationem, ut constat ex verbo. Opponuntur, illius textus. quae littera receptior est ut confirmat Antonius Augustinus in notis ad eundem textum et in 1.ª Collectione lib. 1. tit°. 21 Cap. 3.

Nec iterum urget adversus hanc solutionem, rescriptum prius presentatum alteri proferendum esse, et ideo necessarium non esse Pontificem consuli iuxta tex. in Cap. Capitulum Sanctae Crucis 3°. de rescriptis: Cap. duobus eodem tit°. lib. 6. Cap. Si a sede Apostolica. de probendis eodem libro Cap. ut debitus honor de appellationibus. Nam responde verius esse ex prae-sentatione non proferri rescriptum tempore dicti Capituli. 2. sed postea

novi

novo iure constitutum fuisse per Honorium in dicto Cap. Capitulum Sanctae Crucis, et per Bonifacium 8. in dicto Cap. Si a sede Apostolica; et in dicto Cap. duobus, et etiam per Innocentium in dicto Cap. Ut debitus honor. ita Glossa in dicto Cap. Sane verbo Primum. et in dicto Cap. Ex tenore. verbo. negotio. et in dicto Cap. duobus 1.° praesentatio, et communis sententia secundum Probum ibi:

Textus in Cap. Super litteris. 20. de Rescriptis. pugna cum Cap. Dicenti. §. Praescriptione. 25. quaest. 2.

Quo iura ut componas adverte rescripti subreptionem in totum vitiari simplicem authoritatem, quatenus fuit concessionis causa, ut constat ex dicto Cap. Super litteris. Cap. ad aures 8. Cap. sedes. 15. Cap. ex tenore. ibi: de rescriptis. l. finali. C. quia non Domino. l. fin. C. de diversis rescriptis. l. 36. tit.° 13. part.ª 3. Idem constitutum est in eum, qui impetravit; nam nemo ex dolo suo commodum reportare debet. l. iuris gentium. §. Rhetora. §. dolo. ff. de pactis. l. Si remunerandi. 6. §. Marius. ff. mandati. l. itaque in principio. ff. de furtis. l. non fraudandi. versic. nemo. ff. de regulis iuris. l. ita demum. 36. ff. de arbitris. Prosequuntur late Menochius de arbitrariis. casu. 201. n.° 3. Mascardus de probat. conclusione. 551. th. 1. Paulus Emilius decisione Rotae 254. parte 2. Mandosius consilio 40. et 94. Rantius de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatae n.° 63. Nec obstat textus in Cap. Dicenti. §. praescriptione, deductus ex l. praescriptione. C. si contra ius vel utilitatem publicam. ubi contrarium ex diametro praecipitur, nempe rescriptum dolosum non vitiari in totum.

Omissis variis interpretationibus respondendum est textum illum interpretandum esse iuxta regulam traditam in secunda parte dicti Capitis Super litteris; nempe quando mendacium ex simplicitate, vel ignorantia fuit causa concedendi formam aliquam, qua ablata poterit iudex in causa principali pronuntiare. Quam interpretationem ad tollendas inter iuris interpretes prolixas disensiones ex Baldo, Saliceto in dicta l. Praescriptione, Imnola, et Abbate. Felinus. et Decius n.° 4. Beroyus n.° 29. Mantua n.° 9. et 10. Omnes inquam in dicto Cap. Super litteris docent, et tenent.

Nec obstare debent verba dicti §. praescriptione ibi: tacenda fraudis; nam fraus ad dolum pertinet, et simplicitati contraria est. l. fraudis 79. ff. de regulis iuris. Nam respondeo fraudem, et dolum sua natura differre l. iuris gentium. §. dolo malo. iuncto §. sed et si fraudandi ff. de pactis. §. infra. institut. quibus manumittere non licet. et l. si. ibi: posse et sine dolo malo aliud agi, aliud simulari. ff. de dolo. In fraude enim potest semper esse dolus, sed semper non est dolus, et ita accipitur fraus pro eventu, vel effectu: quare fraudari potest aliquis sine animo, et dolo fraudantis. l. ait Praetor. §. itadem[?] ff. qui in fraudem Creditorum. tex. in dicto §. sed si fraudandi, et in dicta l. fraudis. Unde illa verba: tacendi fraude. in dicto §. praescriptione, non probant fraudem nec dolum impetranti, sed tantum concedenti fraudatur ex mendacio. Unde non viciatur, nisi quatenus fuit contraria causa, ideo quia in illa specie non fuit causa, ut constat aperte, dicta l. 1. ff. quibus manumittere non licet. l. praescriptione. C. si causa ius, etc. merito potest iudex de causa cognoscere, et ita tenendum est.

Textus in Cap. Significavit.[36] de Rescriptis. pugnat cum Cap. Quia. II. de Iudicijs.

Quae iura ut componas, adverte virtute primi rescripti ad lites impetrati contra violentum spoliatorem posse conveniri eius successorem ut constat ex dicto Cap. Quia. II. et ex argumento Cap. proposuit ibi: a quo quolibet detentore. de concessione praebendae. tex. in cap. saepe de restitutione spoliatorum. Cap. dilecti, de foro competenti. Cap. 1. de alienatione iudicij. l. 1. C. eodem titulo. l. vicia. C. de acquirenda possessione. §. fur tum institut. de actis. l. 46. tit. 10. part. 3.

Nec obstat tex. in cap. Significavit, ubi Gregorius 9. contrarium respondet, nam omissis varijs interpretationibus respondendum est non potuisse conveniri Comitissam ex rescripto impetrato cum clausula Et quosdam alios. Contra Comitem eius fratrem, cui ipsa successit in maioratu, quia debitum propter quod erat conveniendus Comes, fuit contractum intuitu personae, et non intuitu dignitatis. Quod evidenter probat tex. in illis verbis ibi: Quia ve. nam si fuisset contractum ratione

dignitatis

dignitatis sacri conveniri, quia successit in illa dignitate, siquidem dignitas nunquam spirat. Cap. quoniam Abbas de off.o delegati. Cap. gratiose. de rescriptis in 6. Inde nihil mirum si Comitissa virtute illius rescripti conveniri non posset: argumento tex. celebris in dicto Cap. 2. de solutionibus. Cap. ex præsentium. de pignoribus. Cap. 1. §. non vasallus. de consuetudinibus feudorum. qua iure ad maioratuum, et beneficiorum successores vt non teneantur soluere debita à prædecessoribus intuitu personæ contracta, extollit Peralta in l. 3. §. qui fidei commissum n.o 130. de hæredibus instituendis. Gometius in l. 4. Tauri. n.o 72. Padilla in l. unum ex familia. §. si de falcidia. n.o 9. de legatis 2. et alij relati per Molinam de Hispanorum primogenijs. lib. 1. Cap. 2. n.o 15. Nec obstat aduersus hanc interpretationem Comitissam hæredem fratris sui conveniendam esse ex rescripto impetrato contra eum ex vi comprehensiva, vt in dicto Cap. quia, et in Cap. dilecti: quia hæres repræsentat personam defuncti. Authentico de iure iurando. Collat.e 3.

Nam tunc responde: in dicto Cap. Significavit non fuit impetratum rescriptum contra Comitem expresse, quia expresse non fuit nominatus in rescripto, sed erat conveniendus ex clausula, quosdam alios. Vnde cum fuisset mortuus ante quam certificaretur in iudicio percitationem, non potest dici, quod rescriptum esset impetratum contra illum, nam ante expressionem, et certificationem personæ, non fuit radicata iurisdictio delegati contra Comitem. argumento tex. insignis in Cap. pastoralis. §. quoniam. in fine. de rescriptis, et per consequens nec contra Comitissam eius sororem, et hæredem, siquidem rescriptum non extenditur ad personas incognitas, iuxta tex. in Cap. vlt.o de rescriptis; et morte eius, contra quem fuit impetratum expirat citatione non prohabita: argum.to text. in l. Si de cœteris. ff. qui satisdare cogantur. et l. 2. C. quo sententia sine appellatione rescindantur. Hanc interpretationem sequuntur Hostiensis, Innocentius, Abbas. in Cap. Significavit. n.o 4. Immola n.o 7. Angelus in dicta l. Si de cœteris ff. n.o 4. Sason in l. 1. n.o 6. C. quando libellus principi datus. Capella Tolosana decisione 190.

Textus in Cap. vltimo de Rescriptis: pugnat cum l. 2. C. Quę sit longa consuetudo.

Quo iura vt componas adverte Consuetudinem rationabilem, et legitime praescriptam ius positiuum abrogare, vt constat ex dicto Cap. vltimo in fine, et Cap. 2. et Cap. Cum olim, Cap. Cum dilectus eodem titulo. Cap. accedentibus. de excessibus Prelatorum. Cap. Cum contingat de foro competenti. Cap. Cum Ecclesiastica. de causa possessionis et proprietatis. L. venditorem. §. Constat. ff. Communia prediorum. l. si de interpretatione. l. de quibus. ff. de legibus. L. 5. et final. tit. 2. part. 1. l. 6. tit.º 3. part. 3. l. 9. tit.º 7. part. 5. et Concilium Tridentinum sessione 24. Cap. 20. versic. Quod si apellam.

Nec obstat tex. in dicta l. 2. et in cap. Consuetudinis 11. distinctione. nam omissis varijs interpretationibus traditis per Conanum. lib. 1. commentariorum. cap. 1. prope finem. et per Cuiatium in tit.º 1. de feudi cognitione lib. 1. feudorum. et Ludovicum Vitalis lib. 2. variarum. Cap. 15. verissime respondendum est. Constantinum in dicto. Cap. Consuetudinis Consuetudinem non vincere rationem, aut legem asseverare, non velit ab illa posteriori legem non posse abrogare, et vt parem legis, et consuetudinis authoritatem, et vim demonstrare hoc sensu, vt quo a consuetudine fieri valent, et a lege possint, et vice versa. Quam interpretationem agnovit Duarenus lib. 2. disputationum. Cap. 32. et postea fuit sequutus Gregorius Lopez Madera animadversionum iuris Cap. 5. n.º 8.

Illud tamen non est silentio protermittendum graviorem dicti cap. vltimi difficultatem, quam pauci sunt assequuti in eo consistere videlicet Pontificem dum ibi dicit non esse vilem authoritatem Consuetudinis, et postea eius valorem ad tollendum ius positivum expendit ex ratione, et praescriptione legitima videri aperte fateri Consuetudinem irrationabilem, et non praescriptam aliquid vigoris obtinere, quod absurdissimum est, et sibi ipsi Pontifex maximus expresse repugnat. Quare vt hoc brevi calculo iura componas brevissime respondens Gregorium

9. in dict. Cap. ult.º differentiam constituere inter consuetudinem iuri contrariam, et nulli iuri adversam. De illa iudicium habendum est an rationem contineat, sitque legitime praescripta, ut legem iustam, et eius rationem tollat argumento textus in l. Tam naturale. ff. de regulis iuris. iuncto Cap. Erit autem lex. dist.º 4. De alia vero, quae iuri non est adversa non est inquirendum an ratione consistat, quia huiusmodi prose praesumptionem rationis habet, ut ipsa lex, et ideo non de ipsa, sed ipsam iudicantium iudicium reliquit Augustinus in Cap. in his. 11. distinctione. Licet tamen hoc de consuetudine iuri non contraria dicta sint, legislatoris tamen officium erit consuetudinem huiusmodi ad normam iuris redigere, eiusque rationem exquirere. Quo sensu ut non videatur sibi ex diametro contrariari accipiendus est Gregorius in dicto Cap. ult.º Quam interpretationem agnovit Madera n.º 5 et 3. ubi supra, et satis.

Textus in Cap. Cum in iure peritus. de Electione pugnat cum textu in Cap. ultimo. de Institutionibus.

Cum iura ut componas, adverte, eum, qui habet ius praesentandi, se ipsum minime eligere posse, ut constat ex dicto Cap. ultimo de institutionibus. Cap. conquerente, iuncta Glossa verbo, Si voluerit de restitutione spoliatorum. Cap. In scripturis 8. q.º 1. Cap. per vestras de iure patronatus. in L. si mandavero 22. §. si tibi centum ff. mandati. in L. penult.ª de receptis arbitris. L. si quis que. C. de Episcopis et Clericis. L. si contra publicam. C. de re militari lib. 12. L. praeses provintiae. ff. de officio praesidis. L. ult.ª ff. de officio Praetoris. L. 4. de tutoribus. L. 7. tit.º 55. part.ª 1. Glossa 5. in l. 10. tit.º 4. part.ª 3. L. final. tit.º 24. part.ª 4. Glossa finali. Et ratio est quia actio et passio non possunt concurrere in eodem subiecto, quia sunt naturaliter contraria teste Philosopho in praedicamentis Cap. 9. et iuris contextus in L. Stipulatio de stipulatione servorum. Unde inter baptizatum, et baptizantem, inter dantem et accipientem, inter debitorem, et creditorem debere esse differentiam constat ex Cap. debitum de baptismo. et ex dicto Cap. ult.º de institutionibus, et ex L. Graecius ff. de fideiussoribus.

Nec obstat textus in dicto Cap. Cum in iure peritus, vbi contrarium ex diametro probatur; nam omissis varijs interpretationibus verissime respondendum est Celestinum textium ibi. non constituere, nec pro regula tradere posse aliquem se presentare, vel eligere; sed id tantum, videlicet electioni de se facte consentire posse, quod longe diversum est, nam eo casu non dicitur ambiciosus, nec se ingerere neque presentare, sed solum cum fuerit a socijs nominatus consentiendo augere numerum presentantium. Quod idem probat Paulus in l. plane ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, et pro ea ratione fecit elegans textus in l. Si pater 4. §. quovis versic. sed pignora ff. de manumissis vindicta, eamque assignat Gregorius in l. 2. tit.º 15. part.ª 2. Abbas in dicto Cap. per nostras. Decius consilio 5. n.º 31. Rochus de Curte. de iure patronatus verbo honorificum n.º 20. Lambertinus de iure patronatus lib. 2. parte 1. art.º 5. Barbacias consilio 33. volum.º 2. Peralta in l. vnum ex familia §. rogo. n.º 10. delegatis 2. Molina de primogenijs Hispan. Cap. 4. n.º 6.

Illud tamen intelligendum est quando electio fit per viam Scrutinij manifesti. Vt notatur in dicto Cap. cum in iure peritus, secus vero si fiat per viam scrutinij secreti, vt in carne Cap. humana. So. ibi neutram electionem comperimus ad maiorem partem totius Capituli pertinere. iuncta glosa verbo. ad maiorem, de electione. Ratio diversitatis est, quia quando fit scrutinium de secreto non potest quis in se ipsum consentire; quia cum tunc ignoret an alij in eum consenserint, repelliturt iste tanquam ambiciosus, et de ambitu notatur, nisi se ipsum eligeret, cum nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui vocatur ad eum tamquam Aaron. iuxta textum in Cap. 17. de electione, et Cap. ad Hebreos, Cap. 5.5. Sed quando Scrutinium fit palam et videt se eligi, et deputari per alios potest bene consentire sue electioni ex ratione supra adducta. Quam declarationem adducunt ex Abbate in dicto Cap. per nostras n.º 5. et in consilio 25. lib. 2. et in Cap. licet n.º 13. et in dicto Cap. Cum in iure peritus n.º 4. et 5. de electione. Franciscus

Marquez

... à ... 1211. n.º 3 et 4. Scotia ... 96. Concio ... Cum in ... et ... in Curia Pisana lib. ... cap. ... n.º 7. ... inferio intellectum ad legem 31. Tauri, quo probat posse ... cum concedere facultatem filio meliorandi unum ex filijs; nam non pote... seipsum meliorare, ... in casu, quo sint ... Commissarij, et ... gat alium ... et ... eligat alium; nam bene electus poterit ... electioni ... facte ... maiorem numerum, et sic ... nem accipiat, vt notat Peralta in dicto §. Rogo n.º 9. ... infero commissarium nominatum ad distribuendum in causas pias, non posse seipsum eligere, etiamsi ... fauor pie causa, vt quia sit pauper. Vt affirmant Baldus, Alexerius, Fulgosius, Saliceti in dict. §. Si tibi ... in dicto Cap. Vltimo n.º 4. et Peralta in dicto §. Rogo. n.º 5. quod intelligendum est, nisi huiusmodi exequutor testamenti fuerit in summa necessitate; nam eo casu poterit sibi applicare huiusmodi distributionem, vt ex Diuo thoma. 2.ª 2.ª q. 33. art.º 7. et 185 art. 7. ad finem. et in Quarto sententiarum distinct.º 15. ... 2. art. 1. Scoto in quarto sententiarum dicta distinct.º 15. defendunt Palacios Rubios in repetitione Rubrica de donationibus inter. §. 65. n.º 42. et Mexia in pragmatica panis conclus.º 1. n.º 48. et sequentibus.

Textus in Cap. Admonet. de Renuntiatione, pugnat Cum Cap. Quod in dubijs. eodem.

Quia iura vt componas aduerte neminem posse suum beneficium resignare nisi in manibus Superioris, a quo illud habuit, et aliter factam renuntiationem non valere, neque renuntiantem beneficio priuari, vt constat ex dicto Cap. Admonet. Cap. nisi cum pridem ... ibi. apud externum. cap. fin. eodem titulo. Cap. cum et plantare. §. in ecclesijs. de priuilegijs. et in Cap. Si ... 9. 1. ... Abbas. 18. q. 2. et in argumentum maxime conducunt ... §. cum placuisset. ... Glosa. verbo. Abdicarent. ff. de ... et in l. legatus generit.º ff. de officio presidis. Quam sententiam defendunt Panormitanus in Cap. ad aures. de his, que vi. n.º 7. idem in cap. quod Dei timorem n.º 7. de ... monachorum. idem etiam in dicto Cap. Admonet.

ubi Baldus nº 1. qui duas assignant rationes. Proseguuntur Cassadorus decisione 2. et 3. de renuntiatione. Navarrus in cap. accepta oppositione 7. nº 25. de restitutione spoliatorum. Christophorus in commentariis de re Pontificia lib. 3. cap. 4. in principio. Covarrubias Cavallos cumens de iure patronatus. Commun. contra communes qº 282. anº 13. = Nec obstat textus in dicto cap. quod in dubijs, ubi resignantem beneficium in manibus laici, eodem beneficio esse spoliandum Innocentius textius scribit. Nam omissis varijs interpretationibus traditis per Glossam in dicto cap. quod Dei timorem, et ibi ubique, cui subscribunt Felinus in cap. Latore 7. nº 14. de re iudicata. Innocentius in dicto cap. quod in dubijs, ubi Abbas nº 8. Baldus nº 2. Imola nº 12. Cardinalis in Clementina Gratiae de rescriptis. Navarrus in dicto cap. accepta oppositione 1. nº 3. et dicta oppositione 7. Corolario 4 nº 25. existimantes renuntiationem valere quo ad praeiudicium renuntiantis, quia ex hoc quod renuntiat videtur tacite facere pactum de non petendo beneficium. Argumento textus in l. Si unus. §. penult. ff. de pactis non autem valere, quo ad praeiudicium superioris, vel Ecclesiae, nam ea interpretatio expresse repugnat iuribus supra adductis, quae probant beneficium etiam quoad renuntiationem non valere. Praeterea etiam novissima alia interpretatione Rebuffi in praxi beneficiorum ... nº 171. quam impugnat Navarrus dicta oppositione 7. nº 35. Verissime respondendum est in textu dicti cap. quod in dubijs non probare valere renuntiationem factam in manibus laici, imo totum contrarium, ut constat ex verbis finalibus illius textus, ibi: Licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem. sed id tantum probe licet resignantem in manibus laici, et a laico denuo suscipientem in poenam suae temeritatis audaciae et stultitiae propter notorium tituli defectum eodem beneficio esse privandum, quod verum est, et ita tenendum.

Illud tamen pro complemento notabis renuntiantem suo beneficio extra manus superioris possessionem, tamen quamvis nulli acquiratur, amittere. argumento textus in l. quod meo 18. §. Si furioso de acquirenda possessione, an statim quod quis non vult possidere, protinus

amittit

[illegible] [illegible] l. 3. §. In amittenda. l. sicuti 71. 17. §. dao. de acquir. [illegible] [illegible] opinionem adducit [illegible] dicta positione 7. n.° 23.

Textus. in Cap. vltimo. de Consuetudine. inprincipio. iuncto Cap. Nullus. de Foro competenti, pugnat cum l. Sidiutino. ff. de Poenis:

[illegible] vt communis. adverto ex diuturnitate peccandi aggrauari peccatum vt constat ex dicto Cap. vlt.° de consuetudine. et Cap. non satis. 8. Cap. Criminis. 9. de Simonia. Cap. Cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium. Cap. imitari. 6. q. 1. Cap. Schisma. 24. q. 1. l. 3. ad finem. C. de Episc. [illegible] audientia. l. quicumque. C. de servis fugitivis. Et conducunt [illegible] [illegible] [illegible] sic intelligenda. Lentor fraudat. nisi vindictam Divina procedit ira, sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Et ratio est, quia in persistendo videtur quis contempsisse divinum iudicium et executum Ecclesie. Et ex ratione Cap. Omnis de poenitentijs et remissionibus, et Cap. vlt.° de poenis aperte constat. Quam rationem refert [illegible] in dicto Cap. Cum haberet. n.° 4.

Unde merito peccatum veniale ex geminatione offici grauissimum, quia reiteratio arguit magnam firmitatem propositi, per textum in Cap. Unum Orarium. §. Criminis. 25. distinct.° Et Clericum propter fornicationem reiteratam deponi ostendit Glossa in Cap. presbiter 82. distinct.° et Glossa in dicto Cap. imitari. Nec obstat textus in dicta L. Sidiutino, vbi Modestinus in hoc verba scribit: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit aliquatenus pena ei sublevanda erit. In quorum explicatione laborant omnes interpretes, nam ad cuius responsum interpretationem supponendum est hoc verbum reatum multiplicem habere significationem, et hac de causa magnam tribuisse ambigendi occasionem: aliquando enim significat peccatum. Cap. nullus. de foro competenti, interdum obligationem pena. Gregorius in Cap. peccatum 82. de poenitentia distinct.° 5. quandoque statum miserabilem reorum, vt carceres, tormenta, et penas in qua significatione verbum reatus novum, et incognitum fuit Marci Tulij Ciceronis etati, et a Messala sub Augusto Cesare vsurpatum, vt

Quintilianus lib. 8. Author est institut. Cap. 3. dicet ex Martiali ibi:

Sidet iniqua tibi tristem fortuna reatum

Squalidus haerebo, pallidior que reo.

Vt tradit Budaeus in commentarijs ad L. Vestem ff. de iniurijs, et Ambrosius Calepinus in verbo Reatus. Quo supposito interpretatur dictam L. Si diutino. ibi: Si diutino tempore aliquis in reatu, idest in statu miserabili reorum poena eius sublevanda est. Quam declarationem amplectuntur post Budaeum Alciatus in lib. 2. parergon Cap. 20. Fernandus lib. 1. explicationum. Cap. 29. Covarruvias lib. 2. miscellanearum, Dueñas lib. 1. disputationum. Cap. 29. Cujacius lib. 6. observationum. Cap. 3.

Verum ego hanc interpretationem probare nunquam potui, non levi ductus fundamento, videlicet iure civili Carcerem ad reorum custodiam non ad poenam fuisse deputatum. L. incredibile. 6. C. de poenis. L. aut damnum. 8. §. Solent. ff. de poenis. et L. 1. C. de custodia reorum. explicant Balduinus ad leges duodecim tabularum Cap. 16. Menochius de arbitrarijs. casu. 305. Suarez de fideiussore in criminali causa. n.º 6.

Quapropter tu vere responde dictam legem. Si diutino, non agere de delicto multo tempore continuato, sed de delicto momentaneo pridem facto. Exemplum est qui occidit hominem abhinc decem annos quo casu propter temporis lapsum, cum memoria et scandalum peccati sit quasi sepultum in omni minorem poenam exteriori foro iure consultus respondit. Qua ratione explicandus est textus in L. adulterij. 33. C. de adulterijs. L. quoniam. 12. C. de falsis. L. si non convitij. C. de iniurijs. L. qui in provincia 57. §. fin. ff. de ritu nuptiarum. L. peculatus 7. ff. ad legem Iuliam peculatus.

Quibus propter antiqua delicta ob diuturnitatem temporis aliquando impunita relinqui in foro exteriori, quod nulla ex parte contra conclusionem dicti Cap. ult.º repugnat, quod fiat per continuationem augeri delictum, ita docet Navarrus in Cap. Consideret à n.º 101. usque ad 127. de poenitentia dist.º 5. et in manuali praeludio 7. n.º 21.

Textus in

Textus in Cap. Inter corporalia, et Cap. Quanto de Translatione Episcopi: iuncto Cap. Gaudemus de Divortijs pugnat cum Cap. Uxor a viro. 32. q. 7.

Cum iure et comprobat adversus matrimonium esse indissolubile Divini ornatu praecepto, ut constat Marci Cap. 19. in his verbis: Quos Deus coniunxit homo non separet. Quae referuntur in Cap. inter corporalia, et in Cap. Quos Deus. 33. q. 2. et probat auctoritas Divi Pauli 1.a ad Corinthios. Cap. 7. ibi: his, qui matrimonio coniuncti sunt praecipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Idque maxime consentaneum iuri naturali ostendit Soto in 4. distinct. 33. q. 2. art. 2. et vivente prima uxore maritum non posse aliam ducere, quamvis propter adulterium uxoris matrimonium fuerit separatum. Constat ex dicto Cap. Gaudemus de divortijs Cap. 10. Divi Marci. Luc. Cap. 16. Matthaei. Cap. 19. et Pauli 1.a ad Corinthios Cap. 7. ex Canone 48 Apostolorum. ex Divo Hieronymo in Cap. Dixit Dominus 32. q. 1. Divo Augustino in Cap. Interveniente. Cap. Apostolus. Cap. quemadmodum 32. q. 7. in Cap. Ex parte de sponsalibus: Cap. ex litteris. de divortijs. Cap. ex litteris. de eo qui duxit in matrimonium. Cap. litteris. de praesumptionibus. Cap. Venerabilem, qui filij sint legitimi. et definitum extat in Concilio Florentino sub Eugenio 4. in fine. et in Concilio Milevitano. Cap. Placuit 32. q. 7. Concilio Tiburiensi. Cap. 46. et in Concilio Tridentino sess. 24. de reformatione matrimonij Canone 7. et in l. 7. tit. 2. et in l. 2. ad finem. tit. 10 part. 4. Disputant praeter ordinarios interpretes in praedictis locis, Abulensis Collegij Divi Bartholomaei faustissima proles super Matthaeum dicto Cap. 19. q. 76. Magister sententiarum. Divus Thomas, Soto et disput. 35. q. 1. art. 9. Bartholomaeus Ledesma de matrimonio difficultate. 69. Silva nuptialis parte 1. n.o 107. Covarrubias in 4 parte 2. Cap. 7. § 6. n.o 13.

Nec obstat textus in dicto Cap. Uxor a viro, ubi Divus Ambrosius probat divortium factum propter adulterium uxoris posse virum aliam ducere uxorem, cuius opinionem asseruerunt Lactantius Firmianus Lib. 6. divinarum institutionum, Cap. 23. Tertullianus Lib. 4 adversus Marchi

chronim. Epiphanius contra hæreses. lib. 2. hæresi 59. contra catharum. et Theodoretus. lib. de curandis Græcorum affectibus lib. 9. de legibus. Quod quidem temerarium est, et ea ratione Parisijs damnatus fuit Erasmus. vt testatur Bartholomæus Ledesma vbi supra: nam varijs tam supradictorum, quam aliorum omissis interpretationibus, præcipue quam tradit Gratianus in cap. Quod proposuisti. §. sed illud 32 q. 7. et sequuntur Thomas, et alij relati per Ledesmam dicta difficultate 69. videlicet. textum illum deprobatum esse ab hæreticis, et falsatoribus, nam substineri non potest, quia in commentarijs Diui Ambrosij supra 1.am Corinthiorum cap. 7. inveniuntur verba, et sententia illius textus.

Tu quam verissime responde cum Glossa in dicto Cap. Vxor a viro, et cum Gratiano in dicto Cap. Sed illud circa finem, Divum Ambrosium non negare veritatem supra adductam, quem ipse varijs in locis fuit secutus, præcipue in Cap. nemo 32. q.e 4. et in cap. an quod 37. q.e 2. Sed intelligendum esse de viro mortua vxore, qui poterit carnalia contrahere, et ideo cum verbis dicti Cap. quia viro, licet ducere etiam, supplenda sunt alia verba, videlicet mortua vxore adultera, secundum quem intellectum probat adulterium a fœmina commissum producere impedimentum, quod impedit matrimonium contrahendum, etiam post mortem viri, sed commissum a viro non producere dictum impedimentum. Pro qua facere videtur textus in dicto Cap. litteris in fine. de præsumptionibus, et textus in cap. tu vero 32. q.e 7.

Qua ratione ego interpretor textum in cap. si qua mulier 31 q.e 1. dum marito licet divertere ab vxore, quæ machinata est mortem ipsius, et si voluerit, inquit, aliam ducere, possit, mortua nempe insidiatrice, illa autem etiam marito mortuo absque spe coniugij manet.

Textus in Cap. Significasti, et in Cap. In litteris. de Officio Delegati. pugnat cum l. A Divo Pio. ff. de re iudicata, et de effectu sententiarum.

Quæritur vt componas adverte iudicem delegatum non solum Principis, verum etiam inferioris cuius libet posse suam sententiam executioni

mandare

mandare, ut constat de iure Canonico in Cap. Significasti, Cap. ex literis 29. de officio Delegati. Cap. Si delegatus, eodem titulo in 6. Cap. Cum Ber. toldus de re iudicata. Cap. Cum venissent, de eo qui mittitur in possessio nem. De iure Civili ex textu in l. fin. iuncta Glossa Verbo mancipantem C. de iudiciis: authentico de exhibendis reis. §. si vero. Versic. igitur ne latenter. Collatione 5. et ex l. si Reus paratus 73. iuncta Glossa Verbo ordi les. ff. de procuratoribus. l. Solutionem 30. ff. de solutionibus. et l. de usuris. maxime etiam conducit; nam causa simpliciter commissa in De legatum transfertur potestas plenaria a superioribus, quae ad eam expectant iuxta textum in l. 2. de iurisdictione omnium iudicum. et in Cap. Praeterea. de officio Delegati. Quam sententiam defendunt Glossa 1. in Cap. quisquis 29. q. 6. Glossa ultima in Cap. si quis contra Clericum. de foro competenti. Ubi Panormitanus n.° 8. et Felinus n.° finali. Alexan der in Rubrica. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio n.° 9. et in dicta l. 2. n.° 10. Longoballus in repetitione legis Imperium n.° 17 a. ff. de iurisdi ctione omnium iudicum. Bernardus Diaz regula 178; et ita iudican dum est quicquid contrarium defendant Plures relati a Menochio lib. 2. de arbitrariis q. 74. n.° 4. 6. et. 36. facientes differentiam, et discrimen inter ius Civile, et Canonicum, quod attinet ad delegatum ab inferiore. Nec pro oppinione Menochii quidquam facit textus in Cap. quisquis. 2 q. 6. nam ibi non ex defectu potestatis, iudex delegatus desiit suam sententiam exequi, sed ut melius scandalo consuleret, et potentes maio ri comprimeret imperio Episcopum adivit.

Nec etiam obstat textus in Cap. si quis contra. de foro competenti. quoniam illa propositio inferioris delegatum iure Pontificio habere potes tatem exequendi intelligitur, quando sponte delegat, videtur in eius po testatem committere omne, quod potuit, non tamen quando invitus, et compulsus: nam tunc videtur duntaxat committere, quod negare non potuit, nec ipse retinere, proximiter delegare duntaxat causae cog nitionem, et diffinitionem, quod facere potest iuxta textum celebrem in Cap. super questionem. §. quod si delegatus. de officio delegati.

Tandem non obstat dicta l. a Divo Pio: nam variis interpretationibus

omiuis, oratione quam tradit Menochius ubi supra, tamen vere respon de textum illum non loqui delegato, cui mandata est iurisdictio, sed de iudice dato a Praetore, qui cum nullam habeat iurisdictionem, sed solum notionem, et verbalem iudicandi facultatem, iuxta textum in l. a Praetore ff. de re iudicata, et in l. ult.ª C. ubi et apud quem. et neque lis tum unquam a causa sibi commissa discedere possit. ff. fideicommissum. ff. de confessis; merito suam sententiam exequi non potest, sed eius executionem ad Praetorem, seu Magistratum, qui ei iurisditionem, in quem qui eum iudicem dedit referre tenetur. Qua ratione intelligendus est textus in l. qui iurisdictione. ff. de iurisditione omnium iudicum. et in l. non privatis ff. de iudicijs. De quarum legum intellectu disputat Duarenus lib. 1. disputationum Cap. 51. Conarius. lib. 4. miscellanearum Cap. 9. et Cuiacius in tract. 3. ad Africanum in principio et nos late egimus in declaratione illius antinomiae.

Textus in Cap. Relatum. de Officio delegati. pugnat ex diametro cum Cap. Gratum. eiusdem tituli.

Cui iure ut componas adverte mortuo re integra eo qui mandavit iurisdictionem extingui, et potestatem iudicis delegati, ut constat ex dicto Cap. relatum, Cap. licet undique 30. de officio delegati. et Cap. si delegatus eodem titulo lib. 6. L.ª quia 6. ff. de iurisditione omnium iudicum §. et ex §. recte. institut. Mandati. et ex l. 21. tit.º 4. et l. 35 tit.º 18. part.ª 3. et ex ratione: nam tota iurisdictio delegati re integra pendet a voluntate delegantis. dicto §. recte. et voluntas per mortem finitur. L. 4. ff. Locati. l. solutionibus. ult.ª ff. de solutionibus. Quod non est verum quando non est res integra, nam tunc cum iurisdictione uti coepit delegatus, quamvis morte delegantis cesset voluntas, non tamen expirat iurisditio, quo veluti radicem gerit in personam delegati, et ibi finem accipere debet, et in l. ibi coeptum ff. de iudicijs, et tradunt Bartolus in l. more n.º 17. ff. de iurisditione, et ibi Ioannes Baptista n.º 3. et Purpuratus n.º 10. Decius in dicto Cap. relatum n.º 32. et in consilio 208. Quo fit ut si delegatio fiat nomine Sedis Apostolicae, quae non moritur, quia tunc voluntas non expirat, non deficit iurisdictio, ut

Constat

constat argumento textus in cap. quoniam Abbas de officio delegati, et in cap. si gratiose de rescriptis in 6. explicant Felinus in cap. ex litteris n.° 9. de constitutionibus, Decius in d. l. more n.° 17. Oldradum n.° 20. Covarruvias lib. 3. variarum cap. 18. n.° 2. Antonius Gabriel lib. 2. communium de procuratoribus conclusione 2. et 3. Dicitur res integra quando lis nondum contestata fuit, et ideo ex sola contestatione litis perpetuari iurisdictionem probat [illegible] textus in cap. relatum, et ex l. ante litem 16. ff. de procuratoribus cum l. sequenti, et facit textus in cap. [illegible] ibi: dum discutitur iudicium. de verborum significatione. et in l. is qui obtulit 25. ff. de rei vindicatione. l. amplius [illegible] ff. [illegible] l. 1. C. de litis contestatione.

Quibus probatur non dici coeptum ante litis contestationem. Et in ea sententia maxime conduxit optima Rebardi consideratio ad interpretationem dicto l. 7. ubi in libro singularium coeptum in tribunali dicentis iudicium datum. Romanorum adire non posse antequam coram Praetore, qui [illegible] iudicias dabat lis contestaretur, quasi ex litis contestatione iudicii dati iurisdictio perpetuatur. et eandem confirmat de [illegible] [illegible] nostra Regio l. 2. tit. 3. [illegible] [illegible] [illegible] indicta et quia, et in l. ad litem, plures relati per Iasonem [illegible] l. more n.° 57. et per Didacum Perez in rubrica tit.° 1. lib. 1. ordinamenti. Quamvis contrariam opinionem hodierna die praxi esse servandam referant Paz in praxi annotatione 1. n.° 85. et Antonius Gabriel lib. 2. commun. tit.° de citatione. conclusione 2.

Neque obstat textus in dicto cap. gratum, ubi iudicium dicitur coeptum per solam citationem, et ideo perpetuatur delegati iurisdictio nec morte delegantis expirat, etiam si lis contestata non fuerit contra textum in dicto cap. Relatum, nam omissis valgis interpretationibus traditis per Alciatum, Decium, et Abbatem, Bartolum in dicta l. more n.° 43. Iasonem n.° 57. et Purpuratum n.° 101. [illegible] in dicta l. et quia n.° 26. et Antonium Gabriel ubi proxime. — Tu vere responde ibi non attendere Romanum Pontificem de simplici citatione, sed de peremptoria, iuxta textum in cap. Extune in principio de Clericis non residentibus, ubi Abbas

nº 4. et in l. Et post edictum ff. de iudicijs, et in l. arbitrer colendus ff. de arbitris, et in l. 2 § fin. ff. siquis in ius vocatus non ierit, qui ad effectum perpetuandi iurisditionem aequiparatur liti contestationem l. Consentaneum authentica, qui semel. C. quomodo, et quando iudex. et textus in Cap. quoniam frequenter § porro, ut lite non contestata, pro qua interpretatione ponderanda sunt verba dicti Cap. Gratum, ibi: Citationis edicto ... unde remitta, ubi pro illis verbis; Citationis edicti; Legitur, excommunicationis edicto. ut tradit Antonius Augustinus in prima collectione Decretalium in notis ad dictum textum. Et per dictum Cap. Gratum interpretandus est textus in dicto Cap. Relatum, et textus elegans in Cap. ult. de officio legati, ut non solum sufficiat liti contestatio vera ad perpetuandam iurisdictionem delegati, verum etiam interpretativa, licet trina Citatio per edictum facta. et eadem interpretatione est declarandus textus in dicta l. 35. titº 18. partª 3. qui ex diametro repugnat legi 11. titº 4 eiusdem partitae.

Textus in Cap. Super quaestionem 27. § Si vero de Officio Delegati, pugnat ex diametro, cum Cap. Cum Bertholdus 18. de Sententia et re iudicata.

Cum iura ut componas adverte iudicem delegatum ab inferiori non posse alii vices suas committere, ut constat ex dicto § si vero, Cap. Cum causam 62. de appellationibus. l. more ff. de iurisdictione. l. fin. ff. de offº eius l. iudice C. de iudicijs. l. 19. titº 4. partª 3. Cuius regulae ratio est, nam cum origo, radix quae iurisdictionis in ordinario sit, quam abdicare a se nequit l. penultª ff. de officio Praesidis, et in delegato ius alienae iurisdictionis consistat, et nihil proprium habeat, l. 1. § qui mandatum de officio eius, cui mandata est iurisditio. l. solet 16 ff. de iurisdictione Unde fit ut subdelegari non possit, nam nemo potest dare ius, quod non habet. l. traditio ff. de acquirendo rerum dominio, et Cap. quod autem de iure patronatus. et quemadmodum usuarius ab usuario constitui non potest. l. sed nec 8. ff. de usu, et habitatione. et in fine principij institutionum.

eodem

ordem sic nec delegatus a delegato. Quam rationem assignat Angelus communiter receptus per Jasonem in d. l. iudex n.° 5. Curacium Iunio rem in dicto §. qui mandatum n.° 9 et Decium in dicto Cap. Cum causam columna ult.ª Cui etiam accedit, nam delegatus procuratori equiparatur l. et quia in fine de iurisdictione. Unde quemadmodum procurator non potest alium substituere. l. quod qui 8. C. de procuratoribus l. 19. tit.° 5 part.ª 3. ita et delegatus nisi quod eum fuerit lis contestata, nam eo casu recte poterit subdelegare, ut constat ex dicta l. 19 p.ª 3. Quod praxi tradit Orosius in l. legatus n.° 14 de officio Proconsulis; in dicta l. ult.ª n.° 3. et in dicta l. et quia n.° 16. quamvis in hac ta disputatione an dictam legem Regiam non male posset contraria defendi cum Fulgosio in dicta l. more n.° 13. et Glosa verbo delegates in dicto Cap. Cum causam recepta communiter secundum Covarrubiam lib. 3. variarum Cap. 20 n.° 10.

Sed dicta tamen ratio non militat in delegato a Principe, qui potest subdelegare iuxta l. a Principe. ff. qui pro sua. l. unica. Feder... et alius in d. Cap. super questionem §. porro. Cap. pastoralis 28. Cap. fin. in principio, et in §. ult.° de officio delegati. et ratio est, quia huiusmodi delegatus maior quocumque omnimo est. Cap. Pastoralis §. Preterea. de officio ordinarij. et quia a lege id conceditur tali delegato. Cap. Pastoralis de officio delegati, cuius favore multa specialia in iure concessa sunt. l. bene a Zenone. C. de quadriennij prescriptione, et textus in Cap. 1. de rerum permutatione.

Preterea supradicta ratio non procedit in legatis Proconsulum, qui mandata iurisdictione sibi possunt eam in alios transferre; nam a Diggo populo, vel senatu assignabantur quasi adiudtores proconsuli, ut pro consul mandaret eis iurisdictionem, quam legati iure proprio habebant et probant textus in l. cognitio in fine ff. de officio eius. et notat Cuiacius in parathlis tit. de officio proconsulis, et lib. 7. observationum Cap. 2 sic interpretans textum difficilem in l. legatus 12. ff. de officio Proconsulis

Nec obstat textus in dicto Cap. Cum Bertholdus, ubi Innocentius

probat iudices delegatos ab Inferiore posse alijs vices suas committe re. Nam omissis varijs interpretationibus traditis per Iasonem in dicta l. iudice n.° 2. Alciatum in repetitione Rubrica de officio ordinarij n.° 13. Panormitanum in dicto Cap. Cum Bertholdus n.° 22. Felinum in dicto § si vero n.° 17. Brunellum tractatu de legato conclusione 10. et relatos ab Abbate dicto n.° 10. verissime respondendum est delegationem non valuisse, licet de facto interuenerit, idque a iudicibus illis fuit et appellatum ad Sedem Apostolicam, non agrauamine per iudices illato, circa merita causae, nullum enim ibi interuenit sed ab eo, quod cum iudex non esset, capit in causa procedere. Quam interpretationem insinuat Cardinalis post Glossam in dicto Cap. cum causam, et sequitur Covarrubias vbi supra n.° 11. in fine, et ita meminisse oportebit.

Textus in Cap. finali. § Coeterum. de Officio delegati pugnat cum Cap. vltimo de Officio Ordinarij

Vt haec iura componas aduertendum tibi est delegatum Principis qui regulariter sub delegare potest. L. vnica versic. haec tenearis ff. qui pro sua iurisdictione. L. a Iudice. C. de iudicijs. Cap. super quaestionem. § porro. Cap. Pastoralis 28. de officio delegati. et l. 19. tit. 4. partita 3. quando ei committitur nudum ministerium exequendi vide licet praedicare Cruciem, et excommunicare, absoluere, vel iniungere penitentias, non posse vices suas alteri committere, vt constat ex dicto § Ceterum, et ex § Si autem proxime praecedenti. et Cap. is cui 12. de officio delegati in 6. Et ratio est, quia cum ex magnitudine rei censeatur electa industria personae, vt tradit Baldus ex mente Innocentij in dicto § Ceterum n.° 7. ab ea recedi non potest iuxta textum in Cap. licet 11. de decimis. l. inter artifices 31. ff. de solutionibus. L. vlt. ff. de excusationibus tutorum. l. vnica. § ne autem C. de caducis tollendis et in l. de pollitione 8. ff. de pollicitationibus.

Quam textum pro limitatione huius regulae dicit Rnus. mirabilem

mirabilem singulari 74. et Bartholus in l. Continuus. §. si aliud ff. de verborum significatione. Quam interpretationem ad dictum §. Caeterum assignant Riminaldus nº. 2. et omnes scribentes ibi. Avendaño de exequendis mandatis cap. 1. nº. 26. Navarrus in cap. Placuit. nº. 72. et 73. de poenitentia distinct. 6. Lapitius decisione 151. nº. et 6. et Covarrubias lib. 3. Variarum. Cap. 20. nº. 5. in fine.

Ex quo nota in praxi iudices regios delegatos, quos vulgo Pesquisidores appellamus non posse subdelegare, quia eligitur eorum industria et ita solet scribi in principio suarum commissionum. Confiando de vos que soys tal persona &c. Ut referunt Avendaño ubi supra. Berojus decisione 6. 1 parte. et conducit optime quod disputat Felinus in dicto §. nº. 2. versic. ult. Nota ubi resolvit per hoc verba conscientiam tuam oneramus censeri electam industriam personae, et eum in quem diriguntur non posse subdelegare.

Nec obstat textus in dicto Cap. Ultimo de officio ordinarij; nam ibi potestas absolvendi competit ex officio ratione dignitatis. Quo casu sive illi dignitati hoc tributum sit, vel communi, sive privilegio merito poterit delegari; nec tunc dicitur privilegium egredi. Ratio differentiae est, quia ordinarius habet illam facultatem absolvendi iure proprio, delegatus vero virtute eius qui mandavit iurisdictionem, ut constat ex l. 1. §. qui mandatam. de officio eius. et notat Baldus nº. 7. Felinus nº. 8. versic. Secundo limita in dicto §. Caeterum. et Covarrubias ubi supra nº. 5. versic. primum deducitur.

Illud tamen maiorem continet dubitandi rationem, cur in dicto Cap. ultimo ea, quae iure speciali, et nominatim ordinario iudici lege, vel canone tribuuntur delegari possint iure consulto refragante in l. 1. ff. de officio eius. Cui difficultati tum respondetur textum in dicto Cap. Ult. delegationem permissam fuisse in favorem animae, et eius utilitatem ne periclitaretur excommunicatione locata. Tum etiam quia ius hoc absolvendi excommunicatos propter Clericorum percussionem Episcopis, et alijs Praelatis iure officij Ordinarij

competit iuxta textum in cap. nuper 29. de sententia excommunicationis. Cap. at si clerici de iudicijs. Cap. minor. Cap. contumaciam 50. dist. et in sacro Concilio Tridentino sess. 24. cap. 7. de casuum reservatione et sess. 24. de reformatione Cap. 6. At vero quando Iurisconsultus scribit in dicta l. 1. tunc obtinet cum pro ptex causarum gravitatem specialiter lege senatus consulto, aut decreto Principis negotia Magistratibus committuntur, quæ alioquin non debebant eorum cognitioni. Nec ratio aliena est responso Pontificis in d. cap. ult. quod ex mente Lanceloti decit Columna 2 et Curtij Iunioris n.º 8. in dicta l. 1. elegantissime declarat Covarrubias ubi supra § versic. secundo illius fortassis.

Textus in Cap. 1. de Pactis et in Cap. Qualiter in Sardinia 3. pugnat cum l. Iurisgentium. § Sed cum nulla. versic. Igitur nuda pactio ff. de Pactis.

Hæc iura ut componas adverte ex pacto nudo obligationem non oriri dicto § sed cum nulla versic. igitur. l. legem. l. in bonæ fidei. C. de pactis disputant Orozco regula 1. Andreas Arca de pactis Rubrica 3 parte n.º 237. Connanus lib. 5. commentariorum cap. 7. Doca lib. 3. de pactis cap. 9. quæstione 5. n.º 9. cum pluribus sequentibus. Et ratio est, quia cum actiones ex iure Civili originem habeant idem ius civile non omnes conventionibus actiones dare, ad vitandas innumeras contentiones, iurgia, et lites, quæ orientur, si ex qualibet conventione actio daretur promissore contendere, plerumque ex animi levitate processisse permissionem, quam rationem eleganter observant Duarenus in Rubrica de pactis. Cobarrubias in cap. cum in officijs n.º 10 de testamentis; in cap. quamvis pactum parte 2. § 4. n.º 13.

Nec obstat textus in dicto cap. 1. et in dicto cap. 3. de pactis; nam omissa interpretatione videlicet de iure Canonico ex pacto nudo actionem nasci, argumento textus in cap. iuramenti 22. q. 5. eaque propter inter simplicem loquellam, et iuramentum, ius Canonicum non constituere differentiam, quam sequitur Alciatus in dicta l. bonæ fidei n.º 24. et lib. 5.

paradoxo

paradoxorum Cap. 9. Berengerius in l. pacta conventa Cap. 2 n.° 7. Antonius Gomez tomo cap. 8. et cap. 9. n.° 3. Covarrubias ubi sup.° n.° 12. Didacus Perez l. 3. tit.° 8. lib. 3. ordinamenti Feahurius in d. cap. 1 n.° 6. quia sustineri non potest, siquidem verius est iure canonico quemadmodum ex civili pacto nudo actionem non oriri, quod probatur sequentibus fundamentis.

Primo per regulam textus in Cap. 2. de novi operis nuntiatione et in dicto cap. 1. in ordine eodem tit.° Secundo quia ubi est eadem ratio, idem debet esse ius, ut constat ex l. illud ff. ad legem Aquiliam. sed ea ratio, quae militat iure Civili, militat et iure Canonico. Argumento textus in cap. finem litibus: de dolo et contumatia: et in cap. iniungentium, de sententia, et re iudicata. Ergo.

Tertio, quia ad observantiam pacti nudi proceditur extraordinario remedio denuntiationis Evangelicae. Textus in cap. novit. de iudiciis. Ergo non competit remedium ordinarium actionis. L. in causa l. 2. ff. de minoribus. Quarto, et ultimo, quia non est recedendum a iure Civili, nisi stante expresse decisione ~~in textu~~ in textu: at in iure Canonico nullibi reperitur expressum ex pacto nudo actionem oriri: Ergo. Quam sententiam sequuntur Forcatulus dialogo 69. n.° 5. ~~Connanus~~ Connanus lib. 5 commentariorum Cap. 3. n.° 5. Camillus Placius in tractatu de verborum Cap. 1. et Andreas Ozea in tractatu de pactis n.° 372.

Brevissime respondendum est textum in dicto Cap. 1. non loqui de quocumque pacto nudo, sed de pacto communi dividundo, ut apparet ex eius integra stante in concilio Carthaginensi. Cap. 12. in primo tomo Conciliorum, qui refertur ab Antonio Augustino l. Collectione decretalium lib. 1. tit.° 26. apud Conuium in decretalibus ab eo editis anno 1570 at pactum communi dividundo, quod traditionem in se habet, et reale est producit etiam actionem de iure Civili iuxta textum in l. in traditionibus 48. ff. de pactis, quia simile est permutationi. L. cum Pater 79 §. hereditatem post mortem ff. de legatis 2.° et in l. 2. C. communia utriusque iudicii, quae efficacem actionem producit. L. iurigentium

in principio. Versic. sed et l. 1. ff. de pactis.

5. Deinde non obstat textus in dicto Cap. 3. Ubi ut constat ex integra stante apud D. Gregorium lib. 8. epistolarum, epistola 38. Unde textus sumitur pactum continebat deprecando alterum alteri, quod bonum, æquum et iustum erat, et sic continebat idem quod ius commune, atque ideo vestitur legis auxilio, et iure etiam Civili producit actionem. l. legitima ff. de pactis. l. Stichum, aut Pamphilum §. naturalis. ff. de solutionibus. et textus sic intelligendus in §. de constituta. institut. de actionibus.

Præterea non obstat fundamentum ex dicto Cap. iuramenti quod ex diametro etiam obstat adversus textum in dicto Cap. debitores, et in Cap. Cum contingat de iureiurando. in Cap. significante. de pignoribus. et in Cap. quamvis pactum lib. 6. de pactis. Quibus probatur Ecclesiam semper constituere differentiam inter promissionem simplicem, et promissionem iuratam. Nam hæc vere responde illum textum non probare eandem esse obligationem promissionis cuiuscumque simplicis fidei inter promissores cum obligatione iuramenti in quantitate et qualitate, ita ut eodem vinculo teneatur, qui iuravit, teneatur qui sub fide promisit; sed tantum dicere voluit. Actio motus, quod quemadmodum iuramentum vim habet obligandi, sic etiam habet vim simplex promissio quoad Deum, quia qui simpliciter loquela mentitur, reus in personam divinam est, et facit contra octavum præceptum Decalogi, sicut qui mentitur iurando, et facit contra secundum præceptum; non tamen inde colligitur paris esse rationis iuramentum, et simplicem promissionem, cum in utriusque præstatione inæqualis fuerit obligatio, quæ disparitas eleganter constituitur apud Ovidium in epistola, et Contio ad Adipem in hæc verba:

Promisit pater hanc adiuravit amanti
Illa homines, hanc attestificata Deum
hic metuit.

Quam interpretationem assignat Mendoza in tractatu de pactis lib. 1. Cap. 4. q. 1. n. 15. Cap. 6. q. 6. n. 14. Sed an de iure regio ex huiusmodi

pacto

pacto nudo oriatur actio, videndus est textus in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinamenti, cuius argumento partem affirmativam defendant Menchaca lib. 3. de successionum creatione n° 43. Ioannes Gutierrez de iuramento confirmatorio 1 parte. cap. 28. n°. 5. et Mendoza vbi supra lib. 3. cap. 9 n°. 34.

Textus in Cap. vltimo. Versic. His vero. de Transactionibus pugnat cum l. Placuit. Cod. de Iudicijs.

Cum iura vt componas aduerte iudicem in causis definiendis ex æquo et bono, non ex callido, aut rigore iuris, rem iudicare posse, et debere, vt constat ex l. placuit. Cap. 1. et. 2. Cap. contingit. de dolo et contumacia. Cap. sepe de rebus dubijs [illegible]. Cap. constitutus. de in integrum. Cap. cum habenet de eo, qui duxit. Cap. litteras de iuramento calumniæ. Cap. dilecti de iudicijs. Cap. disciplina 45 dist. Concilio Tridentino sess. 13. cap. 1. de reformatione. Et probat Iuris consulti responsum in l. respiciendum 11. ff. de pœnis. Et laudant Cicero in epist. ibi: ab te peto, inquit, vt quo animo æquum te iudicem dolori meo præbeas. et ad Atticum ibi: prodigia æquitatem animi mei. Idem Tullius lib. 5. de officijs. ibi: [illegible] operam debent, vt iuris et iudiciorum æquitate suum quisque teneat. Seneca lib. 1. de Clementia. Plato in Gorgica ibi mansueti sunt. Diuus Hieronymus sub epistola ad Thimoteum ibi: nihil revera sedium præceptore [illegible], qui debeat esse mansuetus, et ex [illegible] e contra [illegible] vultu prementibus labijs, rugata fronte, et [illegible] super supercilijs [illegible] inter pallorem ruboremque variata clamore [illegible] pitat, quem refert Bobadilla et errantem, non tam a bono retrahit, quam ad malum seruitij præcipitat. Quem refert Bobadilla politica de Corregidores lib. 3. cap. 12. n° 18. Vnde Vlpianus inter iuris consultos sui temporis præstantissimus semper, cum aggreditur explicare Prætorium edita ab eorum æquitate incepit, vt constat ex l. 1. ff. de pactis. l. 1. de constituta pecunia. l. 5. de iustitia et iure cum multis alijs.

Æquitas enim nihil aliud est, quam recta naturæ ratio omnium animis insita de singulis decenter decernens, vt refert Marius Salomonius

de iustitia et iure in l. 1. n.º 29. et taliter diffinitur secundum Beatum Cyprianum, vt constat ex Abbate in dicto cap. vltimo n.º 6. Vt sit iustitia dulcori misericordiae temperata. et ab Aristotele lib. 5. moralium cap. 3. et lib. 1. cap. 13. Vt nihil aliud sit quam humanior interpretatio legis dirigens, ne ad iniqua deflectat. Vnde equitatem esse quod naturalis ratio persuasit tradit Tullius in Topicis, et in eandem videtur Iuris Consultus Vlpianus in dicta l. 1. ibi: huius edicti equitas naturalis est. ff. de pactis. et in l. penult.ª de iustitia et iure. Sicque constat equitatem esse admirabile temperamentum, quod ex perfecta ratione omnia moderatur. iuxta textum in l. Diuus. de in integrum restitut. et in l. si seruo fidei commissaria. de heredibus instituendis. et ideo cum ius strictum appelletur ius perdurum, exactum, et rigoris plenum, vt referunt Terentius in Eunucho ibi: Summum ius saepe summa malitia. Tullius lib. 1. officiorum ibi: Summum ius, summa iniuria est. Et Columella de re rustica lib. 1. cap. 3. qui summum ius summam crucem, et iniquitatem dicebat. ex bono, et equo apparatur vt tradit Cicero in oratione pro Cecina, et constat in l. § item varus ff. de aqua pluuia arcenda. et in l. in his. de conditionibus et demonstrationibus. et l. 1. ff. de iustitia. ibi: equum, et iniquum decernentes merito equitatem, et stricto iuris rigore praeferendam esse exquirunt. l. 1. institutionum Cap. et Aristotele lib. 5. Ethicorum cap. 10. probarunt Imperatores in dicta l. placuit. l. si res tibi [illegible]. 8. C. ad exhibendum. Iuris consultus in dicto § item varus, et in § qui operas ff. ad Tertullianum. l. penult.ª § de illo ff. de conditionibus et demonstrationibus. l. [illegible] 41. § libertatem. de fidei commissarijs libertatibus. l. filio praeterito ff. de iniusto rupto. l. si seruum 4. § sequitur de verborum. l. si debitori 4. § 1. de fideiussoribus. l. Pomponius 86. ff. de acquirenda hereditate. l. bona fides ff. depositi. l. si ita ff. de pactis dotalibus. et in l. si ita scriptum. de liberis et posthumis: Nec obstat textus in dicto cap. penult.º versic. in his vero. Ex quo constat iuris rigorem equitati praeferendum esse. quod idem probat

probat textus in l. 1. Cod. de legibus. et in l. prospexit ff. qui et a quibus.

Nam omissis varijs interpretationibus in hac materia congestis per Covarrubiam in regula possessor. 2 parte. §. 6. a n.° 1. Tiraquellum de retractu lib.° 1. §. 35. glosa 1. Gregorium instrumenta tit.° 7. parte §. Cararium lib. 1. miscellaneorum Cap. 18. Baronium lib. 1. declarationum Cap. 28. Cuiacium ad Africanum tit.° 8. ad legem si servus plurium ff. de legatis. Guevara de iustitia et iure lib. 4. et ad Thopica Ciceronis § 2. et Menochiam de arbitrarijs q.° 12. et Ameliam consilio 43. volumine 2. et omissa etiam interpretatione Cagnoli, et Decij in l. in omnibus. de regulis iuris, Silva Naphtalis lib. 5. n.° 68. et Ferrandi lib. 2 declarationum Cap. 2. dicentium textum in dicta l. placuit cum similibus intelligendum esse de equitate scripta, quod defendi non potest, nam postquam scripta est, equitatis nomen amittit, et ius appellatur ut optime testantur Brisardus Carondas et Duarenus ibi; idem Duarenus lib. 1. disputationum Cap. 8. Connanus lib. 1. cap. 11. Fraxinaius in l. 1. de iustitia, et iure n.° 49. Mendoza lib. 1. de pactis cap. 3 n.° in fine. Tu vera reigende remita distinguens. ubi in, quo scripto palam comprehensa sunt, etiamsi dura, et rigoris plena videantur, iudex ab scripto recedere non possit princeps ad cuius sit, qui, si mens legis fuerit ambigua, et incerta, eam interpretetur, vel eius duritiem, sicut rigorem dicte legis praespexit moderatus est. l. in adulterijs. C. de adulterijs. Ita est intelligendus textus in dicto Cap. ult.° et in dicta l. 1. in l. prospexit, cuius rei extat in Hispania elegans exemplum in l. 11. et 12. tit.° 1. lib. 4. recopilationis. quas explicat Pinelas in l. 2. C de rescindenda parte. 3. Cap. 2. n.° 11. et Perez in l. 4 tit.° 3. lib. 3. ordinamenti.

Ceterum in his, quo palam scripto comprehensa non sunt etiam si iuris rigore in duriorem, et minus benignam partem inclinent quam equitas suadeat, iudex expectare debeat equitatem neglecto iure stricto. Ex quo casu intelligenda est imperatoris decissio in dicta l.

glauit cum similibus. Quæ omnia ita ad concordiam ducit Cuiacius in cap. 1. de feudi cognitione lib. 2. tit. 1. in vsibus feudorum, et ita meminisse oportet.

Textus in Cap. 1. de His, quæ vi, pugnat cum Cap. Sicut 17. de Regularibus.

Quæ iura vt componas adverte Votum Religionis, vel quodcumque aliud metu mortis emissum ipso iure nullius esse momenti, vt constat ex dicto Cap. 1. Cap. licet de voto. Cap. non est 15. quæst. 1. Cap. præsens 20. quæst. 3. Cap. iam vero Versic. ex his 27. quæst. 6. Concilio Tridentino sess. 25. cap. 7. de regularibus cum duobus sequentibus. l. 31. tit. 6. part. 1. disputant Covarrubias lib. 1. Variarum Cap. 10 n. 7. Soto lib. 7. de iustitia et iure quæst. 1. art. 2. et in 4. Sententiarum distinct. 29. q. 1. art. 3. et 4. Navarrus in manuali Cap. 12. quæst. 49 Thesaurus Christianæ Religionis lib. 4 n. 7. et Sarmiento lib. 1. selectarum Cap. 11 n. 9.

Ratio est, quia per votum obligatur quis Deo, vt ex eius definitione constat. Est enim promissio saltem interior, de liberate voluntatis facta Deo de aliquo bono meliori á superiore non revocata. Vt tradunt Divus Thomas in 4. distinct. 38. et 2a. 2æ. art. 1. et 2. Navarrus vbi supra n. 24. Deus autem non coactum, sed voluntarium exigit famulitem, non conuictam, sed sincerum, et quæ ex libero corde proveniat. Accepta infert oblationem, vt probat textus in dicto Cap. non est et in dicto §. ex his, et faciunt optime Nicolai verba in dicto Cap. præsens ibi: Quod autem quis non eligit, nec optat, profecto non diligit; quod autem non diligit facile contemnit; nullum ergo bonum, nisi voluntarium.

Qua ratione infertur, iuramentum per metum præstitum ipso iure valere vt probat textus in Cap. si vero, et in Cap. verum de iure iur. Cap. ad aures, de his quæ vi. Cap. authoritate 15. q. 6. quia licet in voto voluntas et obligatio semper tendat ad meritum, et soli Deo acquiratur

quam

quam voluntatem nisi libera sit Deus non recipit; iuramento tamen illud ius observatur, quia ex eo duplex oritur, una Deo, altera parti cui Deo acquisitum non tendit ad meritum, sed vt proximi ex parte Dei fieri, veluti Deo interdum et proximo acceptum, nec alter quid iuravit per Deum, etiam Deo mentitur; Cuius ratione obligatio talis ex iuramento meticuloso remissa non videtur, imo obligare debet, cum ex parte Dei nec versetur, nec versari possit turpitudo, vt eleganter ostendunt D. Thomas. 2a. 2ae q. 89. in responsione ad secundum. Covarrubias in 4. parte 2. cap. 3. §. 5 nº. 2. et Fontanus de clausula finali relatione 22.

Nec obstat textus in dicto cap. Sicut. 17. de regularibus, ex quo constat votum metu mortis emissum valere. Nam hic vere respondetur textum illum procedere in voto facto ab eo, qui erat positus in infirmitate, qui quidem metus intrinsecus appellatur, et non viciat votum, quia quando infertur, quis libere eligit medium vovendi vt liberetur a periculo infirmitatis, vel naufragij. At vero textum in dicto cap. 2. procedere quando metus infertur ab extrinseco ad finem aliquid eliciendi, veluti si vi, gladio, compellatur quis votum emittere, nam tunc coacte eligit medium, et sic votum erit nullum ipso iure. Qua distinctione declarandus est etiam textus in cap. porrectum de regularibus. Cap. ex parte. 9. de conversione coniugatorum. Cap. inter opera 29. de sponsalibus. Cap. 17 q. 2. L. nam et servius. 21. ff de negotijs gestis. L. si mulier. ff. quod metus causa. L. non idcirco. C. de venditione. et erudite resolvunt in cap. post Abbatem in cap. 2. de ijs, quae vi. Antonius in cap. sacris eodem titulo. columna 2 Paulus de Castro in L. nº. 4. C. de rescindenda. Covarrubias dicta 2 parte cap. 3 § 4. nº. 16. Navarrus dicto nº 51. Soto dicta q. 3. Sbenigu de voto q. 1. nº. 15. Ad eam distinctionem sunt reducenda, quae late tradunt idem Soto de iustitia, et iure lib. 7. q. 1. art. 1. ad secundum. Covarrubias vbi supra. nº. 12. Hipolytus singulari 306. Tiraquellus

in l. si unquam verbo revertatur n.o 81. C. de revocandis donationibus.

Textus in Cap. 2. de Iis, quæ vi, graviter pugnat cum Clementina 2. § Sane de Pœnis.

Cui ceria, ut cap. mag. adversa metum amissionis patrimonij iustum esse, et qui cadere potest in constantem virum, sicut metus mortis, et cruciatus, ut constat ex dicto cap. Verum 15. de iure iurando. et fundatur optima ratione, nam patrimonium hominis vita estimatur. ut tradunt Baldus in l. 2. C. de constituta pecunia. Hipolitus in l. 1. §. praetorea n.o 42. de quaestionibus. Cota in memorabilibus dicta pecunia. Ludovicus Celius antiquarum lectionum lib. 14. cap. 20. Covarrubias in 4. parte 2. cap. 7. § 4. n.o ult.o Pro quibus facit textus in l. illicitas §. ne potentiores. ff. de officio Praesidis. ubi consultus [illegible] ne tenuis vitae homines [illegible] ex illo verbo vitae facultates, atque patrimonium significare videtur, et Glosa ibidem verbo vitam in l. [illegible] iuncto textu ibi. C. de advocatis diversorum iudicum. Gregorio Pontifice in cap. petitio 31. de iureiurando ibi: [illegible] machinatione per quam [illegible] principes deberet lectionem personae, idest sui amissionem [illegible] principatus. Cuius textus argumento notant ibi Baldus, et Iason in l. vita n.o 9. de verborum significatione amittere vitam, et patrimonium. Illud Esiodi carmen, pecunia est anima miseris mortalibus. Horatij sententia libro 1. Epistolarum. ibi. Uxorem cum dote fidemque et amicos et genus et formam regina pecunia donat. o Cives, Cives. Alciatus emblemate [illegible]

Dextra tenet lapidem manus altera sustinet alas,
Ut me pluma levat, sic grave mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per auras,
Me nisi paupertas invida deprimeret.

Cui [illegible] adaptantur Proverbiorum verba cap. 10. ibi. Substantia divitis [illegible] Labor pauperum, et egestas eorum. Cap. 14. ibi. Corona sapientium divitiae eorum sunt. et Cap. 18. ibi: Substantia divitis est

Urbs

urbs nervis eius, et quasi murus validus circumdant eam: Philosophi sententia lib. 8. Ethicorum ad Nicomachum ibi: Vita et opibus maxime studiose homines, etiam amicitia maxime valde indigent. et quod ait Pontifex in cap. ult. de solutionibus. Iurisconsultus in l. Cum de indebito ff. de probationibus. l. Stichum ad finem ff. de statuliberis ibi: Argentarius cadat cum penes totam substantiam in nominibus haberet. et Imperator in l. ult. C. qui bonis cedere possint. dum bonorum cessionem miserabile remedium vocat, et in l. 2. C. quando et a quibus quarta pars debetur. et in l. ult. C. de revocandis donationibus et in cap. ult. infra de donationibus. ubi ob grave damnum in bonis donatori illatum iuste donatarius ut ingratus donatione privatur. Qua de re glossa notatu digna Gregorius in l. 44. tit. 5. part. 5. glossa 6. Divus Augustinus de Civitate Dei lib. 4. cap. 21. et 24. et Tiraquellus in l. si unquam. verbo bona à n. 1.

Unde cum iste metus amissionis bonorum sit iustus, et cadens in constantem virum, renuntiationem beneficii eodem modo factam, licet à principio valeat, actione tamen, quod metus causa rescindendam esse merito Alexander 3. respondet in dict. cap. Abbas. Quod idem confirmat textus in dicto cap. ad aures eodem titulo. Cap. ult. § 1 in fine de iure iurando. 6. [illegible] de renuntiatione. iuncta glossa. verbo resignationes, et procedit ex regula generali, et universali, qua cavetur omnia metu gesta valere a principio, licet ex post facto rescindantur. deducta ex l. 1. ff. de in integrum restitutione. l. 1. et per totum ff. de eo quod metus causa. exornata per Covarrubiam in 2. parte 2. cap. 4. § 1. n. [illegible] et part. 2. cap. 3. § 4. n. 2. Menochius de arbitrariis. lib. 2. centuria 2. casu 135. et de recuperanda remedio 1. n. 102. et remedio 5. n. 35. cum sequentibus. et in nostro proposito late discurrunt, et validissimis fundamentis probant renuntiationem metu factam non iure valere. Navarrus in cap. [illegible] opinionis 5. n. 7. de restitutione spoliatorum. Parisius consilio 66. Unde Decius consilio 205. n. 5. Calderinus consilio 1. n. 1. et alii relati per Menesium in l. interpositas. n. 10. C. de transactionibus.

Tamen

Nec obstat textus in dicta Clementina 2. §. sane, ex quo constat renuntiationem beneficij per vim factam ipso iure nullius esse momenti; nam omissa interpretatione Fachinej de Ultimo fine illatione 11. n.° 392. et 400. tu vere responde in dicto §. sane ius singulare [illegible] propter extremam Laicorum, et detentionem Clerici, ingens libertas Ecclesiastica summa offenditur. Quo casu nihil mirum si renuntiatio nulla fuerit, ut post Abbatem in dicto Cap. Abbas n.° 19. resoluunt Nauarrus ubi supra n.° 8. et 9. Padilla ibidem n.° 12. et decisio Rotae §. de renuntiatione.

Nec obstat textus in dicto Cap. Abbas et in dicto Cap. ad audientiam eodem titulo, ubi probatur renuntiationem factam fuisse ad terrorem laicorum et tamen mero iure valet, nam textus in dicto §. sane loquitur de omni renuntiatione metu potestatis facta, sed de ea, quae per detentionem potestatis saecularis, et in carcerem privatum, vel publicum iniectionem facta fuit; nam eo casu maior audacia et libertatis Ecclesiasticae offensio est, ut eleganter Nauarrus ubi supra.

Illud tamen pro complemento meminisse iuvabit supradictam regulam deductam ex supradicto Cap. Abbas limitandam esse, quando renuntiatio fuit iurata, nam tunc non solum valet a principio verum etiam nec rescindi ex post facto per actionem quod metus causa; quia hoc remedium tollit religio iuramenti, ut constat ex textu in dicto Cap. ad aures, dicto Cap. si vero, et in Cap. verum de iureiurando, et docent Covarruvias in 4. parte 2. §. 3. cap. 3. n.° 4. [illegible] in l. [illegible], quae ubi n.° 10. de acquirenda possessione, et Menochius de recuperanda remedio 1. n.° 287.

Nec obstat textus in dicto Cap. ad audientiam de his quae vi, ubi renuntiationem iuratam rescindi posse Pontifex probat, nam tu dicere, qui simpliciter iuravit renuntiare id facere tenetur, quamvis postea possit repetere, quia id praeter iuramentum est, iuxta textum sic intelligendum in dicto Cap. ad audientiam argumento textus celebris in l. ultima §. idem quaerit de conditione indebiti: at vero, qui iuravit renuntiare, et non repetere a repetere excludendus est propter iuramenti religionem, ut in dicto Cap. ad aures cum similibus.

Remedium

Remedium tamen est absolutionem petere a superiori, quae conceditur iuxta textum in dicto Cap. si vero. adeo ut si renuntiauit huic absolutioni et iuramentum fecit de non petendo eam, hoc iuramentum non teneat, quia derogat auctoritati superiori, ut probat textus in cap. veniens de iureiurando, et praxi obtinuit, ut saltem absolutio in hoc casu ad agendum petatur, et postea ex contractu de validitate et de rescissione tractatur. Ut docet Covarrubias in Cap. Quamvis pactum, parte 1. §. 6. nº. 6. et Navarrus ubi supra. oppositione 6. nº. 9.

Textus in Cap. Ad aures. de ijs, quae vi. pugnat cum Cap. Ad audientiam. eodem titulo.

Hoc iura ut componas vide, quae diximus in fine praecedentis anthinomiae.

Textus in Cap. Sacris. de ijs quae vi. pugnat cum Cap. Inter alia 31. de Sententia excommunicat.

Quo iura ut componas, adverte participantem cum excommunicato in malam excommunicatione sententiam minoris excommunicationis incurrere regulariter, ut constat ex Cap. Sacris. cap. 2. de exceptionibus. Cap. 1. eodem titº. in. 6. Cap. ultº. de Clerico excommunicato. Cap. cum desideres. Cap. nuper. de sententia excommunicationis. Cap. statuimus. Cap. constitutionem. eodem titº. in 6. Et ratio est, nam cum communicatio prohibita sit ex diversis iuribus, ut Cap. Sicut Apostoli. Cap. excommunicatos 11. qº. 3. contra praeceptum communicare, peccatum est inobedientiae, quae poena excommunicationis punitur iuxta textum in cap. nemo contemnat. 11. qº. 3. Cap. certum est. Cap. corripiantur. 24. qº. 3. Unde cum necessitas imminens amovcat, et excludat omnem maliciam, et inobedientiam argumento tex. in cap. Sicut hi. ubi glossa verbo communne. 47. distinctº. Cap. si quis propter desperatis: quae iura optime declarat Covarrubias in regula peccatum. parte. 2. §. 1. nº. 4. et textu in Cap. 2. de observatione ieiuniorum. Cap. exposuit 47. ubi glossa verbo: periculorum. de appellationibus, participantem cum excommunicato, ut fami, et necessitati consulat non incurrere excommunicationis sententiam probat Innocentius. 8. in dicto Cap. inter alia et in cap. Si vere 34. eodem titº. et in cap. quod pro dilectione 11. qº. 6. quia lex nunquam cum periculo vitae praecipit obligare, ut docet.

Ledesma in ... Paludanus in 4. distinct.e 24. q.e 2. column. 5. Couarrubias, et alij infra referendi.

Nec obstat textus in dicto Cap. Sacris in 2 parte, vbi qui metu coactus cum excommunicato participat excommunicatione ligari Pontifex pro bat, et tamen constat vitae periculum, et mortis metum grauiorem caeteris alijs reputari. Nam omissis varijs solutionibus traditis per Sylvestrum verbo Excommunicatio 5. et 8. Caietano 2.a 2.ae q.e 96 art.o 4. et Soto de iustitia et iure lib. 1. quaest.e 6 art.o 4.

Tertio respondeo legem, quae communionem prohibet non ita stricte, et rigurose obligare vt obliget cum periculo vitae, et ideo siquis metu mortis, vel alicuius imminentis necessitatis communicauerit cum excommunicato nec culpam, nec poenam patietur. argumento dicti Cap. inter alia, et in specie defendunt Sylvester vbi supra dubio 4. Maior in 4.o distinct.e 18. q.e 4. Nauarrus in cap. inter verba praeludio 8. n.o 3. textus in dicto Cap. Sacris minime aduersatur; nam necessario intelli gendus est, quando quis in contemptu Clauium, et Ecclesiae iurisdictionis et in vilipendium fidei comminatur est mortem alicui, nisi cum eo in di uinis communicet; tunc enim potius mortem pati debet, quam cum eo communicare, quia cum illa compulsio non tam tendat ad frangendam legem, quam ad eius vilipendium, et vt fidelis neget, et contemnat fi dem, succedit aliud praeceptum superius, quod fidem quis omni casu confiteri, et potius mortem pati, quam negare teneatur. docet Diuus Thomas 2.a 2.ae q.e 3. art.o 2. et constat ex textu in cap. vlt.o 24. q.e 1. et ex Cap. constat. 101. 1. q.e 1. Et in hunc sensum est intelligendus locus in libro 2. cap. 7. Machabeorum. vbi probatur Iudaeos metu coa ctos noluisse carnes porcinas comedere, quas tamen comederunt fame coacti, et declarant eruditi Couarruuias in Cap. Alma mater 1. parte. § 3. n.o 9. Nauarrus in dicto Cap. inter verba praeludio 7. et cap. 27. n.o 36. et in principio de poenit.a distinct.e 5. n.o 5. Soto in 4. distinct.e 22. q.e 1. art.o 4. columna penult.a et distinct.e 29. q.e art.o 2. ad finem et lib. 1. de iustitia et iure q.e 6. art.o 4. versic. legis illa. Ledesma in 2. quarti q.e 25. art. 4. ad finem.

Nec aduersus hanc interpretationem obstat textus in dicto Cap.

Sacris

-lorum q.ta 1. Ubi in eadem specie resignat Pontifex excommunicationem incurrere eum, qui per vim cum excommunicato participare compellitur, nam loquitur ibi de vi praecisa, absoluta, et maiori, quam appellat Philosophus lib. 3. Ethicorum Cap. 1. violentum simpliciter, quae cum auferat omnem consensum ab eo, cui infertur, magis q.m incapaci, quam agere qui videatur, et non cadat in actibus interioribus voluntatis et consensus, qui sunt essentialiter liberi, ut explicat Divus Thomas in 4. Sententiarum distinct.e 29. q.e 1 art.o 1. et 1.a 2.ae q.e 6 art.o 6. liberat participantem ut non incurrat excommunicationem. Qua ratione intelligendus est textus in cap. maiores in fine de baptismo. dicto cap. Cultat. dicto cap. ult.o 24. q. 1. l. si vxor. § si quis plane. l. vim passa ff. de adulterijs. l. foedissimam. C. eodem tit.o et l. 1. § ult.o de authoritate tutorum.

At vero in secunda parte loquitur de vi coactiva, siue conditionata, quam appellat Philosophus ubi supra violentum mixtum, habens aliquid voluntatis, quae recte cadit in actibus tam interioribus, quam corporalibus, ut tradunt Nissenus lib. 5. de homine Cap. 1. et Damascenus lib. 2. orthodoxae fidei Cap. 24. Et licet quodam modo contineat culpam, tamen prorsus non excludit, atque ideo ut poena succedat ratio postulat quia voluntas coacta voluntas est. l. vitate ... in l. si mulier. § ult.o de eo, quod metus causa. et in cap. merito 15. q.e 1. et quae resolvunt Covarrubias in 4. parte 2. Cap. 3. § 4 n.o 2. Divus Thomas, et Soto dist.e 29. q.e 1. art.o 2.

LIBER SECVNDVS DECRETALIVM.

Textus in Cap. 1. de Iudicijs. pugnat ex diametro cum l. Si convenerit de Iuris dictione omnium iudicũ.

Quo iuxta ut compmas advertē pactum de prorogandâ iurisdictione iudicis alieni quod statim dum lite inivere. l. 1. et 2. ff. de iudicijs. l. 1. et l. privatorum C. de iurisdictione omnium iudicium. cap. significasti de foro competenti. posse per pœnitentiam ante litis contestationem revocari. ut constat ex dicta l. si convenerit. Cuius assertioni ratio est, quia licet huius modi prorogatio obliget cum effectu, si iudex aditus sit, vel stipulatio intervenerit ex dictis iuribus, et post obligationem contractam licitum contrahentibus non sit resilire iuxta textum in l. sicut ab initio. 5. C. de actionibus, et obligationibus. Cuius regulam optime declarant Socinus Consilio 282. et regula 435. Covarrubias lib. 4. Variarum cap. 19. Diversum tamen constituitur ut in prorogatione facta per nudam conventionem, quæ nullam parit obligationem iuxta textum in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. Versic. igitur nuda. de pactis.

Nec obstat textus in dicto cap. 1. Nam omissis varijs interpretationibus traditis per Covarrubiam in cap. quamvis pactum de pactis § 4. nº 7. Alciatum lib. 12. paradoxorum. cap. 17. Cujacium lib. 4. miscellanearum cap. 5. Gutierrez de iuramento confirmatorio parte 2. cap. 2. Gratianum regula 277. nº 1. Gozadinum in l. si quis in conscribendo et 3. C. de pactis. Afflictum Collatione 574.

Tu vero responde textum in dicto cap. 1. procedere non in pacto de prorogandâ iurisdictione, sed in promissione de respondendo apud iudicem proprium, sive de non declinando à iurisdictione iudicis competentis et proprij, licet contra eum aliqua legitima exceptio competere potuisset. quam conventionem nemo ambigit revocari non posse, quia licet non pariat actionem, certum tamen est iure prætorio exceptionem producere. dicto §. igitur nuda, et l. si unus. §. pactum ff. de pactis. quæ sufficiant ad reijciendas declinatorias exceptiones, quas reus poterat proprio iudici afferre iuxta textum sic intelligendum in dicta l. si quis in conscribendo. Constat enim Concilium Affricanum provinciale

de quo

legunt in dicto Cap. 1. fuisse proprium et legitimum Episcopo [illegible] iudicem argumento textus in Cap. propter 2. 18 distinct. Cap. [illegible] 86. 6. Cap. [illegible] 6. q. 3. [illegible] huiusmodi conventionem [illegible] [illegible] ipso concilio licet [illegible] potest Episcopus [illegible] [illegible], qui iudicium reddit in [illegible]. L. inter stipulantem. ff. de verborum. [illegible] in illis textus [illegible] ad officium, ne post quam responderet ex aliqua causa Concilij iurisdictionem declinaret, aut illum tanquam suspectum recusari potest; quod alias ei [illegible] [illegible] regulam textus in l. [illegible] C. de iudicijs. in Cap. [illegible] 26. Cap. [illegible] 41. Cap. [illegible] 61. de appellationibus, quibus [illegible] textus in l. 3. tit. 16. lib. 4. recopilationis, quam declarationem post Abbatem n. 15. et 17. Decium n. 19. Immolam n. 26 [illegible] 47. [illegible] 20. [illegible] n. 420 et 138. in dicto cap. 1. prosequuntur Cuiacius. tit. 7. ad [illegible] q. 1. Covarruvias lib. 2. de iurisdictione et ad dictam legem ut convenient.

Textus in Cap. Qvia de Iudicijs. pugnat cum Cap. Ad sedem 15. et Cap. Sæpe. de restitutione Spoliatorum.

Quæ iura ut componas aduerte. Interdictum Vnde vi solum competere adversus spoliantem, spoliare mandantem, vel ratam spoliationem habentem, ut constat ex dicto cap. cum ad sedem. ex l. 1. §. vi possidere. l. cum [illegible] [illegible], et vi armata. Et ratio est, quia interdicta sunt personalia L. 1. §. interdicta. ff. de interdictis. Quem textum optime declarat Cuiacius lib. 5. observationum Cap. 17. et Abbas in cap. [illegible] §. in alijs. Vt lite non contestata. Actio vero personalis [illegible] non [illegible] [illegible] tertium possessorem, iuxta textum in l. vlt. §. vlt. de contrahenda emptione. et L. 1. §. [illegible] ff. ad Trebellianum, et ea, quæ tradit [illegible] [illegible] de servitutibus Cap. 2. n. 6. Quæ regula limitata est in specie in Cap. Sæpe de restitutione Spoliatorum, et in cap. redintegranda 3. q. 1. quibus noviter statutum est accipientem rem invasam ab invasore [illegible] [illegible] eam teneri spoliato etiam dominium non probanti restituere. Cuius constitutionis ratio, nam cum contra tertium possessorem [illegible] esset

remedium facilius homines ad committendas spoliationes inducebantur ac malum translata; ac paratiores ad complendas eas, et arcendos animos spoliantium Innocentius in dicto 4. Saepe, remedium providit peccato im- solere intendere et resistere, quod muneri Pontificis proprissimum est iuxta textum in Cap. novit. de iudiciis. Cap. Ult.o de praescriptionibus. Cap. Ult.o de concessione praebendae. Cap. litteras de restitutione spoliatorum Quadezza videndus est Menochius remedio 10. de recuperanda. § 2. et remedio 16. in principio.

Nec obstat textus in dicto Cap. quia 15. nam omnis interpretationis dicentium Rodericum in casu illius textus non conveniri per interdictum recuperandae, sed per conditionem dicti Cap. Saepe; quem intellectum tenet Glossa in Cap. 2. verbo. Contra de ordine cognitionum. et sequuntur Ancharanus, Abbas, et Decius n.o 2 et 3. Alciatus n.o 1. in dicto Cap. quia, idem Abbas et Ripa dicto Cap. Saepe n.o 9. Menochius de recuperanda remedio 16. n.o 4. et remedio 17. n.o 62. Corrasius in § nihil commune l. naturaliter n.o 66. ff. de acquirenda: nam falsissima est, et aperte convincitur ex inscriptione dicti Cap. quia 15. quae illam decissionem tribuit Celestino 3. qui praefuit Ecclesiae ante Innocentium 3. authorem dicti Cap. Saepe. ut colligitur ex Platina et historia Pontificali, et Panvino in epitome Romanorum Pontificum. Tu vero responde in dicto Cap. quia Rodericum potuisse conveniri interdicto de acquirenda, quia fundi salvus eius productum non potuit conveniri, et interesse ad aestimationem rei, quia causa erat beneficialis, et spiritualis, et quia respicit respicere aestimationem iuxta textum in cap. Cum Bertoldus. iuncta interpretatione glossae finalis. de re iudicata. Cap. quia clerici, et in cap. de iure. de iure patronatus. Qua de causa interdictum competere potest contra singularem personam, ut tradit glossa celebris verbo interdictum in dicto Cap. cum ad sedem. et verbo possessionem dicta l. cum aute recepta per Covarruviam in dicto § nihil commune n.o 4. Rippa in dicto cap. Saepe n.o 8. Menochium de recuperanda remedio 1. n.o 54. Conducat ex l. itaque fur. 12. sic intelligenda ff. de furtis. l. 1. § ult.o et l. 3. ff. de vi, et vi armata. et ita tenendum est.

Textus

Textus in Cap. 1. de Ordine cognitionum pugnat cum Cap. Ex conquestione 10. de Restitutione spoliator.

Dicitur ut quoties adducto contra mulierem vindicamento aliquem in maritum admittitur consanguinitatis exceptionem, et de ea prius disceptandum est, quam super matrimonio pronuntietur, ut constat ex dicto cap. 1. Cap. tuam eodem tit.º l. 1. C. de ordine iudiciorum. l. 1. 2. et 3. C. de ordine cognitionum. l. Cum iam Alexander C. de adulteriis. l. Praeses Provinciae C. de plagiariis. lib. 5. tit.º 3. part.ª 3. Cuius decisionis ratio est, quia huiusmodi exceptio est exclusiva intentionis ipsius actionis l. 2. de exceptionibus. Cap. a nobis eodem tit.º et causa [illegible] [illegible] suum [illegible] iuxta textum in cap. ad audientiam de Ecclesiis aedificandis. praesertim cum in iudicio superfluus circuitus sit vitandus, ut finem litibus imponat, et litigantes expensis, et laboribus non sint vexandi iuxta textum in cap. 2. de probationibus. Cap. 2. de causa possessionis. Cap. finem litibus de dolo et contumacia, et l. properandum C. de iudiciis. Quae omnia violarentur, si proposita exceptione consanguinitatis confestim de ea non cognosceretur, sed de quaestione principali, nam necesse esset maritum ad cohabitandum cum uxore condemnari, dictam [illegible] sententiam [illegible] in iudicio consanguinitatis, ut eleganter, licet omissa [illegible] agnovit Bolognin. in dicto Cap. 1. n.º 7 et 8.

Sed obstat textus in cap. Conquestione de restitutione spoliatorum. ubi exceptio consanguinitatis similiter peremptoria et praeiudicialis fuit proposita, et cap. determinat prius de quaestione principali tractatum quam de ea cognoscatur. Sed huic dicendum est, aliud esse agere de peremptorio iudicio, aliud vero de interdicto possessionis recuperandae, nam primo casu si mulieri petenti aliquem in virum ei obiiciatur peremptoria consanguinitatis exceptio, de ea prius cognoscendum est, quam ad principale negotium procedatur, et ita obtinet textus in dicto Cap. 1. de ordine cognitionum, quae interpretatio deducitur ex verbis illius textus: ibi: petere quemdam in virum: nam sub illo verbo petitionis rei vindicatio continetur l. actio in personam ff. de actionibus

et vero textus in dicto Cap. ex conquestione loquitur de possessorio inter-
dicto recuperandae. probat textus in Cap. litteras 18. §. nos autem ibi:
quam praescriptioni suis papa mandatum ad possessionem Clementis
vero ad petitorium referatur. de restitutione spoliatorum. Conten-
dens se a mariti possessione iniquè fuisse spoliatam; et non obstante
illa praeiudiciali exceptione postulat maritum ante omnia ei res-
tituendum. Quare illa exceptione non obstante restituitur, siquidem
spoliatus privilegio fruitur, quod non antea teneatur, nisi prius
fuerit restitutus. Cap. finali de ordine cognitionum. Cap. in litteris
cum alijs de restitutione spoliatorum. Quae interpretatio deducitur
ex verbis illius textus: ibi: virum sibi restitui petijsset. notat Fa-
gnanus lib. 8. controversiarum iuris Cap. 10. Cuiacius in posthum.
dicto Cap. 1. de ordine Cognitionum. Thomas Sanchez de matrimonio
lib. 10. disp.° 12. n° 14. Solutioni obstat, quod non est verisimile
accedentem mulierem in dicto Cap. 1. egisse de proprietate iudicio, cum
sibi commodius esset interdictum possessorium intentare. L. qui res
[illegible] de rei vindicatione. §. recuperandae. Institutionum de inter-
dictis. Quare omissa Cuiacij interpretatione in posthumis dicto Cap.
1. non est novum ut ei, cui [illegible] duo remedia petitorium
et possessorium maneat si velit possessorium renuntiare, et de propri-
etate contendere, iuxta textum in Cap. 1. de restitutione spoliatorum.

Solutioni obstat textus in Cap. litteras 18. de restitutione
spoliatorum. Ubi similis exceptio consanguinitatis, et per simplicem
fuit proposita, et similiter de iudicio recuperandae possessionis agi-
tur, ut dicto Cap. ex conquestione, et nihilominus denegatur restitu-
tio. Quo dicto dicendum est, quod ibi denegatur, quia mulier pa-
raverat exceptionem consanguinitatis incontinenti probare
et periculum incestus imminebat, et ut evitaretur restitutio de-
negatur. Quae interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi:
et probationes efficacius incontinenti paratas. notat Covarruvias
lib. 1. miscellanearum. Cap. 2 n° 7.

Textus in dicto Cap. 1. ibi petiret quendam in virum obtinere videtur

mulierem

mulierem non posse maritum vindicare, quia ad vindicationem domi-
nium ex parte agentis et possessio ex parte rei conventi desideratur, [illegible]
l. in [illegible] de rei vindicatione, et libera persona neque possideri, nec vin
dicari potest l. cum heres § [illegible] ff. de acquirenda possessione l. liber ho
mo de verborum obligationibus. Sed huic dicto dicendum est illa iura
procedere in directa rei vindicatione, quae non cadit in libero homine,
at vero textus in dicto cap. 1. verbo peteret procedit in utili rei vindica
tione, quae competit uxori adversus maritum ex illa utili in maritum
potestate, nam vir non habet sui corporis potestatem, sed mulier, ut ait
Paulus ad Corinthios 7. et in cap. 3. de conversione coniugatorum.
Solutioni obstat textus in l. 1. § per hanc ff. de rei vindicatione
ubi libera persona directa rei vindicatione vindicari potest. Solutio.
textus ille loquitur in patria potestate, nam pater filium vindicare
potest, adiecta illa clausula ex iure Quiritium, quia nulli alij sunt
homines, qui talem in liberos habeant potestatem, ut Romanis permi
ttitur, siquidem et potestas vitae necisque in filios concedebatur l. in
suis de liberis, et posthumis. videat Donellus lib. 22 commentariorum
cap. 4.
Sed melius dicendum, quod illa clausula iure Quiritium proponitur
ad temperandam directam rei vindicationem. videat Hilligerus ad
Donellum dicto cap. 4. littera F. et G. Antonius Faber in iurisprudentia
Papinianea titulo 8. principio 6 illatione 7.

Textus in Cap. Solicitae. 2. de restitutione spoliatorum pugnat cum C. Accepta 3. eodem titulo.

Cuius iura ut componas adverte renuntiationem beneficij spontaneam, li
beram, et omni vitio [illegible] (cap. [illegible]) [illegible]
cum alijs [illegible] [illegible] lib. 1. variarum. cap.
5. n.° 6. Flaminius de renuntiatione cap. [illegible] parte 1. et cap. 5. parte 2.
quare petenti beneficij restitutionem ex interdicto unde vi non obstabit
exceptio renuntiationis, quominus restitui possit, etsi renuntiatio sit

-iurata, quia id pertinet ad plenam proprietatis cognitionem, et spoliatus privilegio fungitur, quod non tenetur conventus respondere, nisi fuerit restitutus, dicto Cap. Solicitae. Cap. in litteris eiusdem tit.[i] de restitutione spol. l. Cum a recipientibus §§. ff. de vi, et vi armata l. 1. l. super vim vel alio modo Cap. oportet Cap. primo 3. q. 2. l. ult. tit. 11 part. 7 l. 1. 2 et 3 tit. 13 lib. 4 compilationis Donellus lib. 15 commentariorum Cap. 32. Alli... generis litt. D. Cuiacius lib. 5 observationum Cap. 22 et 27

Sed obstat textus in Cap. accepta eiusdem tit., ubi petenti restitutionem beneficij ex intercidito unde vi admittitur exceptio renuntiationis iuratae, et restitutio denegatur. Quid contra Glossa interpretatione in dicto Cap. Solicitae verbo verisimile. Verissime dicendum est quod ideo in dicto Cap. Solicitae restitutionem denegatur, et exceptio renuntiationis iuratae non admittitur, quia fuerit facta post spoliationem merito cum ibi de restitutione possessione tractetur, quae nihil cum proprietate commune habet l. naturaliter § nihil commune ff. de acquirenda possessione, et tempore quo iuravit iam esset spoliatus, nullius momenti est iuramentum, cum non esset super quo cedere posset, cum possessionem iam non haberet, et sic non obstante restitutio, at vero in dicto Cap. accepta eiusdem tit. constat renuntiationem beneficij sponte et quiete ante spoliationem fuisse factam et iuratam. Merito mirum non est, quod exceptio admittatur, et restitutio denegetur, siquidem beneficiarius sponte beneficium renuntiaverat et probare non poterat se esse spoliatum, et ita observandum est in Glossa in dicto Cap. Solicitae verbo cum spoliatum in fine.

Textus in Cap. Contingit 9. de Dolo et contumacia pugnat cum l. Fulcimus § finali ff. Quibus ex causis in possessionem eatur.

Quae iura ut componantur adnotandum est contumaciam grave crimen esse l. omne delictum §. contumacia de re militari, merito

vixij

varijs penis a usu expensis contumax conpingitur ad iudicium venire, nam interdum absentis bona propter contumaciam sequestrantur. Cap. 2. de dolo et contumacia. Cap. 1. et 2. de eo qui mittitur in possessionem et fructuum aliquando Ecclesiastica censura ligantur. Cap. 1. de iudicijs et frequenter actor mittitur in possessionem rei petitae, ut sic rei vi dens rem suam ab alio occupari facilius ad iudicium trahatur. L. si fi nita. §. Iulianus de damno infecto. Cap. 1. et 2. de dolo et contumacia Cap. 1. et per totum. de eo qui mittitur in possessionem. L. 2. et 6. tit.º 8. part.º 3. plures alias poenas refert Donellus lib. 28. commentarior. cap. 18. Ratio est, quia reipublicae interest finem litibus imponere. Cap. finem litibus de dolo et contumacia, quia alias quilibet reus con venthus subterfugerit, et actores ius suum consequi non possent, et rei va rijs artibus, et dilationibus, ne cnim in due ... vterentur. et a iudicio discederent. notat Cuiacius lib. 10. observationum cap. 31. Donellus lib. 28. commentarior. cap. 12. Aligenses ibi littera F. Anto nius Faber de errore 1 parte. decade 10. errore 6.

Hinc provenit et receptum est missum in possessionem ex primo decreto non effici verum possessorem, sed rei custodiam tantum retine re. dicto Cap. Contingit. de dolo, et contumacia. ibi: Adiudicatur causa rei servandae possessio. Cap. quoniam frequenter. §. in alijs, ut lite non contestata. notat Richardus plures referens in §. summa autem instit. de interdictis. art. 112. concinnat textus in L. 2. tit.º 8. part. 3. ibi late Gregorius.

Sed obstat textus in L. Falcimus §. finali. ff. quibus ex causis in possessionem eatur. ubi actor mittitur in possessionem rerum hereditariarum ex eo, quod heres suae hereditatis copiam non exhibebat, et fructus suos facit, quod fieri non potest, nisi verus possessor est. L. bonae fidei emptor 48. ff. de acquirendo rerum dominio. §. si quis a non domino de rerum divisione. Quo casu dicendum est, quod in dicta L. Falcimus §. finali. missus in possessionem ex primo decreto verus efficitur pos sessor, et fructus suos facit, quia ibi nimia rei contumacia intercessit.

et rescriptum Imperatoris Divi Pij sicut necessarium; alias vero communi missus in possessionem ex primo decreto fructus percipere non poterit. Cui interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi pœnam contumaciæ, et ibi Divus Pius rescripsit. Videat Pichardus in § summa autem. Instit. de interdictis cap. 3. n.° 129

Textus in Cap. I. de eo, qui mittitur in possessionem pugnat cum Cap. unico eodem titulo in 6.

Cui iura ut compareat adnotandum est missionem in possessionem ex primo decreto in causis beneficialibus locum non habere, ut ante textum in dicto Cap. unico, de eo, qui mittitur in possessionem lib. 6. Ratio est, ne in beneficijs detur vitiosus ingressus, cum beneficium Ecclesiasticum, sine institutione Canonica subtineri non possit, regula 1. de regulis iuris: et in causis in quibus possessio annexa est cum proprietate non proceditur ad missionem ex primo decreto, nisi prius de titulo proprietatis appareat saltem summarie. l. 2. § quedam. ff. de itinere, actuque privato.

Sed obstat textus in dicto Cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem in antiquis, ubi missio in possessionem ex primo decreto in causis beneficialibus fieri potest. ad cuius solutionem distinctio est adhibenda: aut enim actio in beneficio intentatur super proprietate beneficij, aut beneficium petebatur non quoad proprietatem, sed quoad titulum beneficij. Primo casu cum agitur super proprietate beneficij locum habet missio in possessionem ex primo decreto, et ita obtinet textus in dicto Cap. 1. in antiquis. at vero si agitur super titulo beneficij, missio fieri non potest, et ita obtinet textus in dicto Cap. unico lib. 6. Ratio differentiæ est, quia quando agitur de proprietate beneficij, præsumitur titulus, et non datur similiter vitiosus ingressus. at vero cum agitur super titulo beneficij, datur vitiosus ingressus, nisi a iure titulo missio ex eo decreto daretur; cum beneficij possessio subtineri non possit sine Canonica institutione, cum beneficij titulus perpetuus dicitur, et temporalis esset, si missio admitteretur. Cum si reus intra annum compareret

pareret beneficium recuperet iuxta textum in dicto Cap. Contingit. Quam interpretationem tenet Glosa in dicto Cap. unico libro 6. verbo victorius. et in dicto Cap. 1. verbo servanda. Abbas in dicto Cap. Contingit a n.° 11.

Textus in Cap. Licet causam. de probationibus. pugnat cum. Cap. Sicut nobis. de testibus.

Qua iura vt componantur adnotandum est testes pecunia corruptos a ferendo testimonio repellendos esse iuxta textum in dicto Cap. Sicut de testibus. Cap. 1. eodem titulo. Cap. Si testes. versic. Lege iulia. 4. q. 3. Ratio est, quia testes infamia, suspicione, et manifesta macula non debent notari. Cap. 1. de exceptionibus. Cap. testimonium. de testibus. l. 8. in fine. tit.° 16. part.ª 3.

Sed obstat textus in Cap. Licet causam. de probationibus, vbi probatur testes fuisse pecunia corruptos, et nonobstante a ferendi testimonio non repellebantur. Vbi ... Vbi non repellebantur ... Tindius Faventinorum ... probare, ... corruptos esse, et falsum dixisse, et cum aliquis se offert duo probare, quorum alterum per se sufficeret, tunc vtrumque tenetur probare, et sibi imputet, quia ad vtrumque adstrictus est; notat Glosa in dicto Cap. Licet causam, verbo se adstrinxit. Cui interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: obijecit in testes praedictos, quod corrupti falsa dixissent, et constat ex Antonio Augustino in tertia Decretalium collectione. tit.° de probationibus.

Textus in Cap. 1. de praesumptionibus. pugnat cum l. 1. §. Haec autem verba ff. quod quisque iuris.

Qua iura vt componantur adnotandum est quod si delicti voluntas ad exteriorem actum pervenerit, etsi effectus non fuerit sequutus, eadem severitate puniri debet, ac si res sequuta fuerit. dicto Cap. 1. de praesumptionibus. Cap. finali de sponsalibus. Cap. neque. de bigamis. l. item apud Labeonem §. 1. de iniurijs. l. siquis non dicam rapere. C. de Episcopis et Clericis. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. l. 2. tit.° 31. part.ª 7. l. 2. et 12. tit.° 8. eadem partita. Ratio est, quia in delictis, seu maleficijs voluntas

expectatur. dummodo per exteriores actus intentio agentis cognosci possit. l. qui in. ff. de furtis. Cap. Cum voluntate. de sententia excommunicationis.

Sed obstat textus in l. 1. §. hoc autem verbo [illegible] ff. quod quisque juris [illegible] non nocere, nisi sequatur effectus. Solutio. textus ille non solum non loquitur in delicto non consumato, sed nec in delicto opere declarato, in quo dumtaxat animi intentio, et cogitatio fuit. Ex qua cogitatione si ad exteriores actus non perveniatur, nemo puniri potest. l. Cogitationes 18. ff. de poenis. Cap. Cogitationes 14. de poenitentia distinct. 1. Quae interpretatio aperte deducitur, siquidem textus in dicta l. 1. §. hoc autem est desumptus ex Vlpiano lib. 8. ad edictum. Cuius originis est etiam textus in dicta l. Cogitationes 18. ff. de poenis. Notat Cuiacius lib. 8. observationum. Cap. 32.

Textus in Cap. Si vero. 8. de iure iurando pugnat cum Cap. Cum contingat 28. eiusdem tituli.

Quo iura, ut ad concordiam reducantur, notandum est iuramentum metu extortum mero iure valere, si absque interitu salutis aeternae, et tertij praejudicio observari potest, ratio est, ne periurij via aperiatur, et Dei nomen facile contemnatur. Dicto Cap. Si vero. Cap. verum de iure iurando. Cap. ad aures, Cap. abbas [illegible] de his, quae vi. Cap. authoritatem. 15. q. 6.

Sed obstat textus in Cap. Cum contingat. de iure iurando. Cap. quamvis pactum. de pactis. lib. 6. authentica sacramenta puberum. C. Si adversus venditionem. [illegible] iuramentum metu extortum non valere. quo dubio est dicendum quod textus in Cap. Si vero procedit cum defectus iuramenti consistit solum in metu vel coactione. at vero textus in dicto Cap. Cum contingat, et similia iura procedunt, quod duplex est vitium, unum in ~~alterum, alter~~ iuramentum; alterum in materia iuramenti, quia iuramentum est interpositum in actu a lege prohibito, ut est iuramentum meticulosum alienationis rerum Ecclesiae. Cap. 2. de iure iurando. quia alienatio

prohi

prohibita est l. 1. et toto tit.° de fundo dotali. l. 1. ff. soluto matrimonio, et quod tempore [illegible] est [illegible] l. [illegible] constitutione [illegible] legitimo [illegible] prohibita est. l. [illegible] de fundo dotali ff. [illegible] hic [illegible] iuramentum [illegible] est nullum, cum duplex sit vinculum, et duo [illegible] in una eademque re concurrere non possint l. 1. C. de dotis promissione, videat Covarrubias lib. 1. variarum Cap. 4 n.° 7. et in cap. quamvis pactum 2 parte §. 4. n.° 4.

Solutioni contra textus in dicta authentica Sacramenta ibi, per vim, vel iustum metum extorta etiam a maioribus. Ex quibus verbis probatur contractum gestum a maioribus etiam per metum non valere etsi nimium sit vicium in contractu a maiori metu facto. Respondetur textum illum ibi loqui quando iuramentum metu extortum est a maioribus in contractu a lege etiam prohibito. Siquidem iuramentum est interpositum de non defendo ad iudicem querimoniam maleficiorum quod est turpe, et contra ius, nam reipublicae interest ne delicta maneant impunita, l. ita vulneratus. Ad legem aquiliam ideo mirum non est quod servari non possit etiam si a maioribus via sit interpositum. Quae interpretatio deducitur ex illo versic. maxime ne querimonia maleficiorum.

Textus in Cap. 1 de præscriptionibus, pugnat cum Cap. Placuit el segundo 16 q.e 4

Contraria est, communiter admittendum est Episcopum locum a novum conversum etiamsi in aliena diocesi positum sit praescribere posse si per triennium possideat. dicto Cap. 1. de praescriptionibus. Hoc in fidei favorem est constitutum, quod etiam cum mala fide locus praescribi possit. contra regulam textus in cap. fin. eiusdem tituli. et in odium Episcoporum negligentium conversionem haereticorum ad fidem Catholicam.

Sed obstat textus in cap. Placuit el segundo 16 q.e 4. Ubi ab Innocentio 3. est statutum Episcopum posse locum haereticorum de novo ad fidem Catholicam conversum, si Episcopus ad quem locus pertinebat fuerit ne

gligens intra sex menses praescribere. Atque istarum iurium conciliatione omissa interpretatione tradita a Covarrubias in regula possessor 2 par. 2 § 11 n. 8. verior tamen est nostra, quam novissime refert Anasthasius Germonius lib. 2 animadversionum cap. 16. dum asserit triennalem praescriptionem requirere absque monitione adhibita, et ita obtinet textus in dicto cap. 1. de praescriptionibus. Quae interpretatio deducitur ex verbis illius ibi: Si cum per triennium nemine repetente &c. at vero semestre tempus sufficit citatione, vel monitione intercedente, et ita obtinet textus in dicto cap. placuit 16. q. 4. Quae interpretatio deducitur ex verbis illius textus ibi: quod si intra sex menses a die conventionis. Ut erudite notat Anasthasius Germonius supra. Ex hac etiam anthinomia conciliatur textus in dicto Cap. 1. de praescriptionibus cum Cap. finali eiusdem tituli, quia in dicto cap. 1. datur praescriptio etiam cum mala fide ob fidei favorem.

Textus in Cap. Sicut in fine. de sententia et reiudicata. pugnat cum Cap. Quoniam contra. de probat.

Quae iura ut componantur animadvertendum est sententiam a iudice prolatam, etsi in ipsa non sit causa expressa, adeo praesumitur solemniter et legitime factam, quod si ab ea non sit provocatum transeat in rem iudicatam dicto Cap. Sicut. de sententia et reiudicata. Ratio est, quia non est praesumendum iudicem sententiam sine iusta causae cognitione proferre. Cap. veniens 23. de electione. Cap. Abbate. de verborum significatione. Deinde quia res iudicata pro veritate habetur. l. ingenuum 25. ff. de statu hominum.

Sed obstat textus in dicto Cap. Quoniam contra falsam. de probationibus ubi non praesumitur pro iudice, nisi probatum fuerit. Quo dubio est dicendum, quod textus in dicto Cap. Quoniam contra procedit quando agitur de his, quae acta sunt in processu, quae non sunt iuris, sed facti, et facta non praesumuntur, nisi probantur, ut est partium citatio, testium publicatio et similia, iuxta textum in Cap. tenor. de reiudicata. Quam interpretationem refert Glossa in dicto Cap. Quoniam contra falsam verbo praesumitur.

Bergius

Textus in Cap. 1. de Ordine cognitionum pugnat cum Cap. Ex conquæstione 10. de Restitutione spoliator.

[illegible] ut compones [illegible] contra mulierem vindicantem aliquem in maritum admittit consanguinitatis exceptionem, et de ea prius discutiendum est, quam super matrimonio pronuntietur, ut constat ex dicto cap. 1. Cap. tuam eodem tit.º l. 1. C. de ordine iudiciorum. l. 1. 2. et 3. C. de ordine cognitionum. l. Cum iam Alexander C. de adulterijs l. [illegible] [illegible] C. de plagiarijs l. 5. tit.º 3. part.ª 3. Cuius decisionis ratio est quia huiusmodi exceptio est exclusiva intentionis ipsius actionis l. [illegible] de exceptionibus Cap. cum nobis eodem tit.º et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iuxta textum [illegible] ad audientiam de [illegible] [illegible] præsertim cum in iudicio superfluus circuitus sit vitandus, ut finem litibus imponat, et litigantes expensis, et laboribus non sint vexandi iuxta textum in cap. 2. de probationibus Cap. 2. de causa possessionis Cap. finem litibus de dolo et contumacia, et [illegible] [illegible] C. de iudicijs. Quæ omnia vitarentur, si proposita exceptione consanguinitatis confestim de ea non cognosceretur, sed de negotio principali, cum necesse esset maritum ad cohabitandum cum uxore condemnari, [illegible] [illegible] [illegible] in iudicio consanguinitatis, vel ligaminis, licet non ita [illegible] [illegible] Belarmini in dicto Cap. 1. n.º 7. et 8.

Sed obstat textus in cap. Conquestione de restitutione spoliatorum. ubi exceptio consanguinitatis similiter peremptoria et [illegible] fuit proposita, et ea [illegible] prius de negotio principali tractatur quam de ea cognoscatur. Sed huic dicendum est, aliud esse agere de peremptoria in iudicio, aliud vero de interdicto [illegible] [illegible], nam primo casu si mulieri petenti aliquem in virum ei obijciatur peremptoria consanguinitatis exceptio, de ea prius cognoscendum est, quam ad principale negotium procedatur, et ita obtinet textus in dicto Cap. 1. de ordine cognitionum. Quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus: ibi: petere quemdam in virum: nam sub illo verbo petitionis rei vindicatio continetur l. actio in personam. ff. de actionibus

status appellantis conservatur illesus. dicta l. unica ibi: integratus eis videtur [illegible] interpositi. Deinde quia per appellationem iurisdictio iudicis a quo suspenditur, atque eius manus claudicantur, quia reus eximitur ab eius iurisdictione. Cap. Romanam. de appellationibus. lib. 6. Rursus quia iudex qui causam semel diiudicat desinit esse iudex. l. iudex posteaquam. de sententia et re iudicata.

Sed obstat textus in dicto Cap. Cum teneamur. ubi probatur, quod si interposita est appellatio super proprietate, et appellans interim a possessione proprietatis turbetur, iudex a quo potest absque metu attentatorum turbatam possessionem reformare. In cuius textus difficultate omissis ubique plurimis interpretationibus verissime dicendum esse existimo quaestionem, de qua agitur in dicto Cap. Cum teneamur longe diversam, ac separatam esse a communi interpretum existimatione. Nam quaesitum est, an pendente appellatione super proprietate, si interim appellans a possessione fuerit turbatus [illegible] de possessione turbata coram iudice a quo agere possit. Ratio dubitandi erat, nam cum possessio et proprietas sub uno eodemque iudice terminari debeat. Cap. 1. de causa possessionis et proprietatis. et sicut proprietatis causa per appellationem ad iudicem superiorem pertinebat, sic et possessionis causa pertinere debebat. Quo dubio Alexander 3. respondet tibi permissum esse ab appellatione super proprietate [illegible], et [illegible] de possessione coram iudice a quo, [illegible] reddens rationem, nam sicuti permissum est a iudicio petitorio recedere etiam si prius fuerit [illegible], et [illegible] de possessorio [illegible] in appellationibus [illegible] est. [illegible] in Cap. Pastoralis [illegible] de causa possessionis et proprietatis. Cuius textus vera interpretatio est menti tenenda, quia [illegible] est animadversa.

Obstat etiam textus in Cap. Pastoralis 29. de iure patronatus. In cuius textus specie Clericus a Patrono laico fuit praesentatus, non tamen

ab

ab Episcopo admissus, quia Clericus ad superiorem provocavit, appellatione pendente patronus alium Clericum praesentavit, quem Episcopus admisit, et tamen illa praesentatio appellatione pendente facta a superiore non revocatur. Pro eius vera interpretatione animadvertendum est, quod inter caetera discrimina, quae versantur inter patronos laicos, et saeculares praecipuum est patroni Ecclesiastici si semel praesentaverint variare non possunt, quod Ecclesiastici patroni si semel praesentaverint nullo modo eis permittitur variare, laicis autem permissum est. Cap. quod autem 5. et 24. de iure patronatus. Quo supposito dicendum est, quod ideo Episcopus in dicto Cap. Cum teneamur potuit secundum Clericum a Patrono Laico electum admittere, etiam appellatione a primo interposita absque metu attentatorum, quia Clericus ille fuerat praesentatus a patrono laico ut constat ex iuribus supra adductis; notat etiam Lancelottus de attentatis Cap. 4. n.º 588.

Solutioni obstat textus in l. Creditor 60. ff. mandati. Ubi appellatione interposita a mandatore, ea non obstante debitor a Creditore conveniri potest. Solue sic: non obstat appellatio a mandatore interposita, quia Creditori concedebatur unum, quem magis vellet agere, an mandatorem, an reum principalem. notat Richardus in §. Si plures. instit. de fideiussoribus. Videndus Cuiatius. lib. 1. responsorum Scevolae in dicta. l. Si Creditor.

Textus in Cap. Secundo requiris. de appellationibus pugnat cum Cap. Inquisitioni 71. eiusdem tit.

Ut haec iura ad concordiam reducantur adnotandum est, quod clausula generalis appellatione remota, in qua cumque rescriptione apposita referri debet ad omnia rescripti capita, tam praecedentia, quam subsequentia. Dicto Cap. Secundo requiris. l. 3. §. filius. ff. de liberis, et posthumis. l. 9. tit.º 7. part.ª 7. Ratio est, quia intentionem agentis potius quam verba attendere debemus. l. Labeo. de suppellectili legata.

Sed obstat textus in dicto Cap. Inquisitioni 71. de appellationibus

Ubi clausula appellatione remota in rescripto apposita non ad prae cedentia, sed ad subsequentia negotia referenda est. Quod dictio di cendum est, quod textus in dicto Cap. Secundo requiris loquitur quan do unum est negotium plures articulos continens, quo in casu clau sula appellatione remota post primum posita ad omnes extenditur liber. At vero textus in dicto Cap. Inquisitioni loquitur quando omnino diversa, et separata sunt negotia minime in se continentia ut constat ex verbis illius textus, ibi: sicuti plura negotia: nam tunc clausula illa in uno negotio apposita non debet ad aliud refe ri. Cum quibus conciliata manent omnia iura, quae meo iudicio in secundo Decretalium libro oppugnantur.

Liber 3'

LIBER TERTIVS DECRETALIVm.

Textus in Cap. Siquis praesbiterorum 6. de rebus Ecclesiae pugnat cum Cap. Adnostram 11. eiusdē

Quae iura, ut componantur adnotandum est Ecclesiae rerum alienationem prohibitam esse, quod si facta fuerit, nulla est ipso iure, et Ecclesia restituitur simul cum fructibus ex re perceptis. dicto Cap. Siquis presbiterorum 6. Cap. non liceat Papae 12. q. 1. ratio est quia restitutio nihil aliud est quam in pristinum statum plena positio, ubi omnia ablata, fructus et lesiones comprehenduntur contra textum in l. quod si minor. §. restitutio ff. de minoribus. Cap. conquerente Cap. grauis. de restitutione spoliatorum. notat Covarruvias lib. 1. variarum Cap. 9. n.o 1. Menochius de recuperand. possessione remedio n.o 266. plures refert Richardus in §. extraneis 6. de heredum qualitate et differentia n.o 18.

Nec obstat textus in dicto Cap. adnostram, ubi Ecclesia restituitur et fructus in restitutionem non veniunt. quia in dicto Cap. ibi alienationem villae fuisse solemniter cum Capituli consensu factam, et sic Ecclesia non restituitur ex iniusta alienatione, sed quia enormiter fuerat in contractu laesa; cum feudatarius in primo anno ex fructibus villae plus quam debeat percepit; merito restitutio competit. Cap. 2. de in integrum restitutione minorum. L. 2. C. de rescindenda venditione. attamen etsi restitutio concedatur, fructus feudatario remanent, et in restitutionem non veniunt, quia feudatarius summa cura, et diligentia suis sumptibus villam feudatam conservaverat, et a debitis exoneraverat, merito propter remunerationem laboris fructus feudatario remittuntur. argumento textus in l. quod si minor §. Scaevola in fine ff. de minoribus. Cuius interpretatio aperte deducitur ex verbis illius textus ibi: cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore.

Textus in Cap. Precarium. fin. de precario, pugnat cum l. locatio. 4. ff. locati.

Pro quorum iurium conciliatione adnotandum est, quod precarium precibus petentis utendum conceditur, et tandiu durat, quandiu a Domino

non revocatur, et finitur morte eius, cui concessum est, non tamen morte concedentis: dicto cap. fin. de precario, imo ad heredes transit. l. quaesitum 8. §. a Titio. l. cum precario 9. fin. ff. de precario. Ratio est, quia precarium postquam semel concessum est, eius est naturae ut valeat, et duret donec dominum poeniteat, et nunquam poenitere dicitur, nisi res precario concessa fuerit vendita, vel expresse sit revocatum. et sic non solum pendet a voluntate, sed a contraria voluntate, hoc est a revocatione, quae in mortuo esse non potest: nam etsi mors voluntatem solvat, contrariam vero non solvit, quae non praesumitur, nisi expresse constet. notat Covarrubias lib. 3. variarum cap. 15 nº 1. Menochius de arbitrarijs lib. 1. qº 69. late Cuiacius lib. 4. observationum cap. 7. Donellus lib. 5. comment. cap. 1.

Sed obstat textus in l. locatio 4. ff. locati. ubi quemadmodum locatio morte finitur, sic et precarium. quo dubio. differunt interesse precarium simpliciter concessum, vel cum clausula illa quoad vellem. primo casu morte concedentis non finitur, sed ad heredes transit. dicto cap. fin. de locato, et ea adiecta precario est concessum clausula illa usque ad meam voluntatem, vel quoad vellem, nam tunc precarium egreditur suos terminos, et pendet sola voluntate, non a contraria voluntate, et cum voluntas morte concedentis expiret, cum non sit persona, nec subiectum, ubi consistat, merito precarium morte finitur, et ita loquitur textus in dicta l. 4. ff. locati. cap. gratiae. de rescriptis. notat glossa: verbo. solvitur. in dicto cap. 4. de precario.

Ex quibus deducitur, quod precarium in re propria esse non potest. l. 4. §. item. sicut ff. de precario. l. nec pignus 41. ff. de regulis iuris. Sed obstat textus in l. si debitor 11. ff. de precarijs, ubi si debitor creditori pignus precario rogaverit valet precarium, et tamen creditor est dominus pignoris. l. 8. C. de pigneratitia actione. Solutio. Aliud est rem precario concedere, aliud pignoris possessionem. primo. res propria domino precario concedi non potest, quia dominus rei pignoratae est ipse debitor, at vero possessio concedi potest, quae est creditoris, et ita loquitur textus in dicta l. si debitor 11. Glossa in dicto cap. fin. verbo precarium. Iulius

Clarus

Pacius centuria 4. quest. 50

Textus in Cap. Potuit. 4. de Locato. pugnat cum l. Magnam. 12. C. de contrahenda et committenda stipulatione

Pro quorum iurium Conciliatione adnotandum est moram emendari non posse etiam ante litis contestationem, ubi dies, et poena adiecta est dicta l. magna 12. l. Celsus 23. ff. de receptis arbitris. l. 9. et fin. ff. de lege commissoria, et ratio est, quia [illegible] dies, et poena, die lapso [illegible] est nisi actoris consensu moram purgari non posse; nam etsi mora purgatio ex aequitate concedat, cessat aequitas, quae in damnum tertii [illegible] non potest, quia hic [illegible] creditoris [illegible] poenam amittendo, quae sibi iam quaesita est: merito cessat mora purgatio. l. emptori 67. ff. de evictionibus. Cum nihil tam conveniens sit, quam pacta servare. l. 1. ff. de pactis. tenent Duarenus, Cuiacius, Donellus, et fere omnes in l. [illegible] de verborum obligationibus, [illegible] Richardus, in dis[illegible] de mora n. 7. Covarrubias lib. 2. variarum Cap. 17. n. 4.

Nec obstat textus in dicto Cap. potuit, ubi poena et dies est adiecta et mora purgatur, veluti si emphyteuta in solutione canonis per biennium cessaverit, expelli [illegible] non potest biennio transacto, quia tamen [illegible] pro interpellatione accipitur, si tam celeriter satisfecerit, mora purgatio admittitur. Quo dubio dicendum est, quod aut poena expressa conventionalis est, aut poena tacita et legalis [illegible] mora purgatio non admittitur, et ita loquitur textus in l. magnam 12. C. de contrahenda, et committenda stipulatione, et [illegible] adducta. Secundo vero casu, si poena tacita, et legalis est, mora purgatio admittitur, si celeriter facta fuerit, et ita loquitur textus in [illegible] Cap. potuit. 4. Consonat textus in l. 28. tit. 8. part. 5. tenet Covarrubias ubi supra.

Solutioni obstat textus in l. Si post [illegible] ff. si quis cautionibus, ubi mora purgatur etiam in conventionali et expressa poena. Quo dubio dicendum est, quod ideo ibi morae emendatio admittitur, quia illa erat

stipulatio in iudicio sistendi, quae praetoria est, in qua mitius proceditur quam Idalgis? notat Bartholus in l. si Interdum de verborum obligationibus. a n° 20

Textus in Cap. 1. de Fideiussoribus pugnat cum Cap. 2. eiusdem tituli.

Quibus ita ut componantur adnotandum est Clericum ad fideiussionem non admitti: dicto Cap. 1. de fideiussoribus. Cap. te quidem 11 q. 1. L. 45. tit. 6. part. 1. L. 2. tit. 12. part. 5. L. 6. tit. 18. lib. 8. fori. Ratio est, ne saecularibus negotiis se immisceat, et ita per illecus ab oratione, et officiis divinis desistat. Cap. 1. et per totum, ne Clerici, vel Monachi. Cap. ult. de vita, et honestate Clericorum. Concilio Tridentino sess. 22. de reformatione Cap. 1. notat Gutierrez de iuramento confirmatorio 1 p. Cap. 72. n° 2. Sylvester in summa verbo fideiussor. Sed obstat textus in Cap. eiusdem tit., ubi si clericus fideiusserit valet fideiussio, et tenetur clericum indemnem servare, ne exinde cum praemium ex fideiussione mereatur, poenam patiatur. Solutio. Ius prohibet fideiussionem in persona Ecclesiastica, sed si facta fuerit tenet, nam multa fieri prohibentur, quae facta tenent. L. ult. ff. unde liberi. docet textus in dicta L. 45. ibi: Pero si ellos entraren en algunas fiadurias destas, quales son defendidas valdra la fiadura. notat Gutierrez ubi supra. et poena imposita in dicto Cap. loquitur in frequentia fideiussionum. ut constat ex illo verbo in serviantes, quod frequentiam denotat iuxta Glossam. verbo inserviens.

Textus in Cap. Filius noster de testamentis pugnat cum §. Non solum Instituta de Legatis.

Quibus ita ut componantur adnotandum licet rem alienam legari non posse, et heres cogitur rem emere, et legatario tradere, vel si dominus vendere noluerit, pretium praestare. §. non solum. L. apud Iulianum §. Constat. de legatis 1. L. unum ex familia 67. §. si rem. de legatis 2. L. 10. tit. 9. part. 6. Ratio est quia illos quos oneramur, et gravare possumus. L. 9. C. de fideicommissis. quia rei publicae interest suprema hominum iudicia exitum habere. L. negare. ff. quemadmodum testa-

menta

menta agerantur: notat Donellus lib. 8. commentariorum. cap. 11. Cuiacius lib. 5. observationum Cap. 26. Antonius Faber lib. 4 coniecturarum. Cap. 12. late Pichardus in dicto §. non solum.

Sed obstat textus in dicto Cap. Filius noster de testamentis, ubi legatum rei alienae, neque ad aestimationem valet. Sed minus placimo verius est dicendum illius textus decisionem procedere quando res alicuius Ecclesiae legatur, quae sacra est, et aestimationem non recipit hic est calix electrino non puri quidem Ecclesiae dicatus; in quibus sim dandus commentatur. l. inter stipulantem. § sacram de verborum obligationibus. Nec obstant verba illius textus ibi: sed quia lege Dei, non lege saeculi vivimus. Ex quibus probare videtur contrarium decisum Pontificio observari, quia in illis verbis noluit Gregorius discrimen constituere inter ius Pontificium, et Caesareum, sed illa verba proponuntur ad tollendam illam ineptam partis allegationem notat Pichardus in dicto § non solum a n. 38. cum sequentibus.

Solutioni obstat textus in l. Miles 4 ff. de inofficioso testamento. Ubi rei alienae legatum etiam per vindicationem relictum valet. Solutio. Ideo valet, quia filius miles decessit ab intestato: cum non fuisset usus suo privilegio, merito fingit ius patrem dominum esse tempore legati cum non iure haereditario, sed iure peculii succedit: nam vivente filio quodam modo Dominus est pater in re peculiari, si filius ab intestato decedat. l. proponebatur. ff. de castrensi peculio. notat Cuiacius in dicta l. servum filii.

Textus in Cap. Cum tibi. de testamentis pugnat cum l. illa. institutio § 12. ff. de haereditarijs institutionibus.

Pro quorum iurium conciliatione annotandum est ultimam testatoris dispositionem in alterius voluntatem conferri non posse. dicta l. illa institutio § 12. eiusdem tituli. l. neque eam ff. de conditionibus et demonstrationibus. l. 12. tit. 3. Lib. 29. tit. 9 part. 6. notat Covarrubias in dicto Cap. cum tibi. de testamentis. Donellus lib. 8. commentariorum. Cap. 15. Duarenus in tit. de haereditarijs institutionibus Cap. 3. Ratio constat ex propria testamenti definitione: quia testamentum est voluntatis nostrae iusta sententia

lico, quod quis post mortem suam facere vult. l. 1. ff. de testamentis. Constat etiam ex lege duodecim tabularum. ibi: Uti quisque legasset, ita ius esto. l. verbis legis. 120. de verborum significatione. l. 1. ff. ad legem Falcidiam.

Non obstat textus in dicto cap. Cum tibi. de testamentis, ubi intestatus non decedit is qui extremam testamenti voluntatem in alterius dispositionem relinquit. Pro cuius textus interpretatione est notandum quod Pontifex privilegium concessit Abricensi Episcopo ut posset disponere de bonis Clericorum ab intestato decedentium, et consuluit Episcopus Pontificem an Clericorum appellatione etiam Canonici, quoad privilegium comprehendantur, et comprehensos esse respondit Pontifex, ut constat ex textu in cap. Cum tibi 18. de verborum significatione. Deinde quaesivit an Clericus intestatus decedat, qui bonorum dispositionem ad alterius voluntatem collocaverit. Cui dubio etiam respondit intestatum non videri decessisse saltem quoad Episcopi privilegium at vero quoad validitatem testamenti intestatus decessit, quum in altero arbitrio eius voluntas sit relicta, ut constat ex dicto cap. Cum tibi. ibi: secunda quaestione. et [illegible] integra cap. relata ab Antonio Augustino in 3. decretalium collectione lib. 5. tit. 23. cap. 2. Faquineus lib. 5 controversiarum cap. 58.

Obstat etiam textus in l. 1. ff. de legatis 2. Cuius haec sunt verba in arbitrium alterius conferri legatum veluti conditio potest. Ubi legatum in extranea voluntate relinqui potest. Cui distinctio est adhibenda, ut experientia voluntas testatoris sit, nempe cum hac clausula si Titius voluerit, aut talis: si Mevius in Capitolium ascenderit. Primo casu non valet, secundo vero, si talis sit voluntas valet et ita loquitur textus in dicta l. 1. de legatis 2. notat Cuiacius lib. 2. observationum. Cap. 2. Solutioni obstant verba sequentia in dicta l. 1. de legatis 2. ibi: quod non interest si Titius in Capitolium ascenderit vel mihi legatum, an si voluerit. Quo dubio licendum est verba illa legenda esse; hoc est multum non interest, an si Titius in Capitolium [illegible] argumento textus in l. Mevius ff. de conditionibus et demonstrationibus

notat

notat Donellus lib. 8. Commentariorum Cap. 15.

Textus in Cap. Ad audientiam 12. pugnat cum Cap. Exparte 27. de Decimis.

Cap. [illegible] ut componantur ad notandum est privilegium a Pontifice concessum, quod quis non teneatur decimas suorum prediorum solvere novalia predia non comprehenduntur, sed ex illis decimas solvere tenetur, ei, cui de iure competunt. Cap. Ad audientiam 12. Cap. Cum contingat 29. de decimis. Cap. 2. § 1. eiusdem tit. in 6. l. 22. tit.º 20 part.ª 2. Ratio est, quia privilegium non extenditur, nisi in illis rebus, in quibus expressum est. Cap. ex multiplici de decimis. Et quo minus ledere potest est arripiendum. Cap. veniens 19. de prescriptionibus notat Covarrubias lib. 1. variarum Cap. 17. nº 13. Deinde notandum est, quod in primitiva Ecclesia etiam religiosi tamquam laici tenebantur solvere decimas ex fructibus perceptis parocho competenti. Cap. alia causa Cap. generaliter 16 q.ª 1. Sed postea privilegium ab Adriano Pontifice fuit concessum, quod omnes monachi non solverent decimas de fructibus manibus, ac cultura receptis, de novalibus autem decimas solverent, nisi essent Monachi Cistercienses, Templarii, et Hospitalarii, qui nec de novis predijs decimas solvere tenentur. Cap. Exparte 10. dicto Cap. ad audientiam 12 de decimis.

Quo supposito non obstat textus in dicto Cap. exparte 27. ubi privilegium de percipiendis decimis alteri concessum novalia predia comprehendit quia textus ille non loquitur de non solvendis decimis extraneo parocho, sed de percipiendis decimis tam ex antiquo, quam ex novo [illegible] a semetipso quas ante iuris prescriptionis perceperat per privilegium autem illud magis prescriptio confirmatur, et quod illud privilegium sit in propria parochia concessum. probatur ex verbis illius textus ibi: de laboribus terre parochiarum suarum: meritoque favorabilem causam teneat nihil mirum, quod large accipiatur, et novalia predia comprehendat. notat Covarrubias lib. 1. variarum Cap. 17. nº 15.

Textus in Cap. Cum simus 14. de regularibus pugnat cum Autentica, Si qua mulier C. de Sacrosanctis Ecclesiis

Cap. I

Sed ut hoc iure ad amussim [illegible] aduertis, filium ratione naturali ad imaginem patris eius successorem esse. l. nam et si parentibus ff. de inofficioso testamento. l. cum ratione ff. de bonis damnatorum. l. quam in prioribus C. de inofficioso testamento. hoc etiam locum habet post mortem patris, nam eo viuente legitima filij nullo iure debetur. l. 1. §. si impuberi ff. de collatione bonorum. hoc adeo verum est, ut etiam si pater bona dissipet legitimam filius petere non potest. l. sed et si lege. §. consuluit ff. de petitione hereditatis. tenent Menochius lib. 1. controuersiarum illustrium cap. 87. à n.º 1. Diana regula 356.

Hinc prouenit, quod etiam si pater ingrediatur religionem et si professio sit facta, eo viuente filius non poterit à monasterio legitimam exigere, iuxta textum in dicta authentica si qua mulier C. de sacrosanctis Ecclesiis, ubi patri monacho liberum est bona sua quandiu vixerit inter liberos distribuere. Ergo nec illico post monachatum compellitur legitimam filijs consignare, nec filij ante mortem naturalem competere posit. Constat etiam ex iure Pontificio in Cap. Si qua mulier 16 q. 3. Notandum etiam est, quod interim alendus est ex bonis paternis argumento textus in l. si quis a liberis ff. de liberis agnoscendis. Pro quo facit etiam textus in l. fideicommissum 11. §. si [illegible] ff. de legatis 3. ubi si fideicommissum filio sit relictum si morte patris sui iuris sit factus non admittitur ad fideicommissum ante mortem naturalem. hanc sententiam tenet Abbas in cap. Raynutius de testamentis circa finem. Felinus in cap. in praesentia de probationibus n.º 56. Decius ibi n.º 57. Salicetus, Iason, et fere omnes in dicta authentica si qua mulier.

Nec obstat textus in dicto cap. Cum simus 14. de regularibus. in cuius difficultate nonnulli oppressi, contrariam doctrinam defendunt, notat Couarrubias de testamentis cap. 2. n.º 7. quia his, et alijs omissis verissime dicendum est illius textus decisionem locum habere quando filius petit legitimam mortuo patre in religione. Qua interpretatio aperte

deducitur

deducitur ex verbis illius textus ibi, quae ipsi ex successione proveniunt [illegible], atque ideo iure optimo potest filius patris bona perdere?

Textus in Cap. Licet universis. 6. de Voto pugnat cum Autenthica. Hoc amplius. C. de fideicommissis.

Qui iura vt ad concordiam redigantur, advertendum est, quod si haeres [illegible] fuerit negligens in exequendi extrema defuncti voluntate, admittit omne lucrum, quod ex haereditate, vel testamento sibi competit. At hac autem sententia excipitur filius, qui non amittit legitimam portionem, vt constat ex dicta authentica hoc amplius, illeius verbis. Excluditur pro [illegible] debitum naturale porrexerit. Ratio est quia legitima portio non est lucrum testamentarium, sed debitum patrimoniale, non ciuile, sed naturale. Cap. Si haeres de testamentis. L. nam etsi parentibus ff. de inofficioso testamento. L. quoniam in prioribus C. eodem tit. L. fin. tit. 10. part. 6. notat Gomecius in l. 41. Tauri. n°. 71. Molina de Hispaniorum primogenijs cap. 9. n°. 2.

Sed ijs omnibus obstat difficillimum illud Innocentij tertij decretum in dicto Cap. licet vniuersis de Voto, vbi Andreae Regis filio, cui regnum Vngariae non defertur iure hereditario, sed iure sanguinis, nec a patre primo genitus, sed a vetustissima successione, si inea a patre sit impositum est illud adimplere renunciaverit a regni successione, et hereditatis emolumento privatur cum ex omni a iure addicta. Augetur que difficultas ex eo, quia iuris est regula, quod is, qui nihil a testatore recepit ab eo, grauari non possit. L. a beo. C. de fideicommissis. L. 1. in fine. C. communia de legatis. Caeterum omissa Covarrubiae interpretatione in cap. si haeres de testamentis à n°. 9. Molinae de Hispanorum primogenijs lib. 1. cap. 11. verissime est dicendum Andream duem [illegible] delicta commisisse quare Innocentius 3. epistolam sibi misit, ingratitudinem redarguens, et [illegible] poena punitur: prima fuit non adimplere testatoris voluntatem merito poena privationis haereditatis simul cum alijs delictis [illegible] habet. Dicta Authentica hoc amplius C. de fideicommissis. Secundo fuit

non adimplere votum crucis signaculo premissum de visitanda terra
Hierosolymitanam provinciam, cui negavit de excommunicationis
genas sententiam, fecit [illegible] in tanta [illegible] ut [illegible] potentem Regem
maiorem nobilitate [illegible] reduxerit, quod dignum privationis non
solum actualiter rerum, quae actualiter possidentur, sed etiam cuiuscum
que futurae successionis. L. quisquis C. ad legem Iuliam maiestatis. L. 2. Reo
ut part.º 16. merito propter illud crimen, et propter nimiam contumaciam
et sordescentiam in excommunicatione iustissime Pontifex poenam pri
vationis legitime, et successionis regni imposuit, cum iusta de causa possit
Pontifex Regem a regno, et imperio privare. Cap. 2. de re iudicata.
lib. 2. Quae omnia etiam referuntur in dicto Cap. licet universis ex
presse tamen apparet in eius integra, et originali relata ab Antonio
Augustino in 8. decretalium collectione tit.º 26. de voto. cap. 2.

Textus in Cap. Querimoniam. 9. de iure patronatus. pugnat cum Clementina Siplures. eodem titulo.

Pro quorum iurium conciliatione advertendum est Patronos inter se
posse convenire, ut quilibet alternatim possit presentare. dicta Clemen
tina Siplures 2.ª parte de iure patronatus. Quod ex magna antiquitatum
dispositione est admissum ac ratione, ne exinde si patroni discordes essent
Ecclesia diu sine pastore maneat, merito ut facilius provideatur, hoc
remedium in dicta Clementina est constitutum: siquidem diuturna
Vaccatio Ecclesiae perniciosa est. Cap. pro defectu 41. de electione in 6.
tenet Tiraquellus de iure patronatus q.e 17. oppositione 5. Pro qua sen
tentia facit textus in l. cum pater 77. §. dulcissimis. ff. de legatis 2. ibi cum
dies contijs, progressum sedendi facit etiam textus in l. quibus. ff. de
usufructu, et apud Athenienses observatum fuit, quod si duo Consules
essent, alternis diebus imperarent, notat Aulus Gelius lib. 2. noctium
Acticarum. cap. 15.

Sed ijs omnibus obstat textus in dicto Cap. Querimoniam de iure patro
natus

patronatus, ubi mentio de praesentando alternis vicibus est prohibita absque superioris auctoritate. In cuius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus. Verissime dicendum est, quod in dicta Clementina si plures consensu permittuntur, ut unus una vice, et alter altera posit praesentare, quod permissum est ad sedandas inter patronos seditiones. At vero in dicto Cap. Querimoniam, consensus ut unus sit patronus uno anno, et alter altero prohibita est. Ratio differentiae in eo consistit, quia in primo casu nullum est damnum. Secundo vero magna captandae mortis occasio praestatur: argumento textus in cap. ne captandae. de praebendis lib. 6.

Sed iis omnibus obstat textus in l. [illegible] ff. de iure patronatus, ubi ius patronatus libertorum inter patronos dividi non potest. Solutio: hoc speciale est in iure patronatus libertorum, quod fortius est, quam ius patronatus Ecclesiasticum, nam ius patronatus libertorum alienari non potest, Ecclesiasticum licet potest simul cum universitate. Cap. [illegible] de iure patronatus notat Glossa in dicta Clementina plures. de iure Patronatus verbo libere in fine.

Textus in Cap. Quoniam 3. in fine de iure patronatus pugnat cum Cap. E ante F. 22. eodem titulo.

Ad quorum tamen conciliationem advertendum est, quod si patroni et discordia [illegible] inter patronos, [illegible] tempus ad concordiam non reducantur, electio praesentandi competit ordinario, dicto Cap. Quoniam. Cap. [illegible] 12. Cap. cum propter 27. Cap. licet. de supplenda negligentia Praelatorum. Lu. tit. 15. partita 5. Ratio est, quia privilegium amittere meretur, qui eo abutitur. Cap. privilegium 11 q. 3. et cuius patronatus competit patronis ex privilegio Ecclesiae ut in ea omnes ad [illegible] Ecclesias instituantur. Cap. 1 et 2. [illegible] hoc tit. Ergo [illegible] quod nolentes illo privilegio uti illud amittunt, et ad Episcopum ordinarium, quod antiquitus competebat revertatur, saltem pro illa vice, ne Ecclesia [illegible] laedatur. Cap. ab exordio 31 distinct. Deinde quia

alias sinon reverteretur ius eligendi Episcopo diu Ecclesia vacaret in magnum animarum detrimentum. Cap. quam sit de electione.

Sed obstat textus in dicto Cap. Cum autem ibi. Si laici inter patronos fuerit certa non quadrimestre, sed semestre tempus concedibus, ut possint praesentare; alias ius praesentandi ad superiorem devolvitur. Ergo per parem abbreviatur tempus, hoc est quadrimestre in dicto cap. quoniam 3. hoc titulo. Sed huic dubio occurrit pluribus interpretationibus veruni[?] que est dicendum discrimen esse inter patronos Ecclesiasticos, et saeculares. Nam patroni Ecclesiastici semestre tempus conceditur, ut possint praesentare, et ut ad concordiam reducantur, alias ius praesentandi pro illa vice ordinario devolvitur, et ita obtinet decisio textus in dicto Cap. Cum te. 22. de iure patronatus. At vero laicis quadrimestre tempus solummodo conceditur. Ratio differentiae est, quia Ecclesiastici patroni semel praesentando variare non possunt. Clementina Quamvis[?] de renuntiatione, cum ius praesumat eos litteratos esse, et facile posse cognoscere praesentatum idoneum esse. At vero laici minus tempus conceditur, quia semel et iterum variare possunt, cum facile a praesentato decipi possunt. et ita obtinet decisio in dicto Cap. Quoniam 3. in fine cum similibus hoc tit.o Et sic quod in uno opprimuntur Ecclesiastici, quia variare non possunt, in tempore autem semestre relevantur. Id etiam in laicis observatur, nam etsi minus tempus illis conceditur, attamen in alio relevantur ut possint variare. et sic hoc unanimi sunt contraria, cum in eis de diversis patronis decipiuntur. Hanc interpretationem tenet Gregorius Lopez in dicta l. 11. partita plura referendo.

Sic etiam interpretandus est textus in Cap. pastoralis 29. hoc tit.o ubi Clericus pridem fuit a patrono praesentatus, non tamen ab Episcopo admissus a cuius gravamine ad superiorem provocavit, et pendente appellatione patronus alium Clericum praesentavit, quem Episcopus elegit, et approbavit, et verissimum est, appellatione pendente nihil esse innovandum Cap. 1. de appellationibus. Cap. non solum eodem tit.o in 6. Quo dubio dicen

dum est

dum est, quod ideo ibi valuit praesentatio appellatione pendente facta, quia Clericus fuit praesentatus a patrono laico, et saeculari, qui in praesentatione poterat ex omnibus supra adductis, et sic appellatio illa a primo Clerico praesentato interposita nullum praeiudicium poterat generare patrono laico, ut latius scribit Lancellotus de attentatis cap. 2. n.° 584.

Textus in Cap. Omnis anima de Censibus pugnat cum Cap. Solitae de maioritate, et obedientia.

Praesuppositum istarum conciliatione considerandum est exemptionem Ecclesiasticam Principibus saecularibus, tanquam subditam. Dicto Cap. Solitae de maioritate et obedientia. Ratio est, quia exemptio provenit a iure divino. Docet Sanctissimus Propheta David. Psalm. 104. ibi: Nolite tangere Christos meos. Quo loci probatur Deum voluisse eximere sacerdotes a Principum imperio. Et in Concilio Tridentino sess.e 25. cap. 20. hortatur Sancta Synodus principibus saecularibus, ne patiantur Magistratus suos violare Clericorum immunitatem divino, et humano iure inventam. Facit etiam textus in Cap. Continua 11. q.e 1. ubi ab imperatoribus recognoscitur hanc exemptionem a iure divino provenire. Docet etiam textus in cap. quamquam de censibus lib. 6.o Hinc provenit illa magna differentia, quae versatur inter regiam maiestatem, et Pontificiam authoritatem, ut refert Innocentius 3. in dicto cap. solitae. his verbis: fecit Deus duo magna luminaria, idest instituit duas dignitates, quae sunt Pontificalis authoritas, et regalis maiestas; sed illa quae praeest diebus, idest spiritualibus, maior est, quae vero carnalibus minor, ut quanta est inter solem, et lunam; tanta Pontificis, et Regis cognoscatur. Tum etiam Politica, et morali ratione comprobatur; quia Imperator suum imperium et potestatem a populo accepit, quia populus ei, et in eum omne imperium suum et potestatem transtulit. l. 1. ff. de constitutionibus Principum § sed quod principi placuit. institut. de iure naturali. at vero Pontificalis authoritas voce Domini prolata est, ut constat ex Ioanne cap. 20. ibi: Pasce oves meas; Matthei Cap. 16. ibi: Quia tu es Petrus, et super hanc petram &c. Cap. in novo testamento 21. distinct.e Molina de iustitia [illegible] dictione [illegible] Cap. 12.

Paris in prax. tomo 2. in praeludio. aliique refert Covarrubias in practic. cap. 31.

Sed q3 omnibus obstat textus in cap. omnis anima de censibus cap. magnum 10. q. 1. ubi Apostolorum Petri et Pauli traditione Ecclesiasticas personas principibus saecularibus subditas esse cavetur. Sed huic dubio integrae solutioni verissime dicendum est, quod Petri et Pauli authoritas relata in dicto cap. omnis anima non docet clericos principibus saecularibus reverentiam praestare debere ratione jurisdictionis; sed solum hortatur quod clerici et omnis anima teneatur praestare reverentiam principibus propter humilitatem, non vero propter jurisdictionem. Nam Divus Petrus Apostolorum princeps non simpliciter dixit: Subditi estote omni humanae creaturae, sed addit propter Deum, sive regi tanquam praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, ad laudem vero bonorum, et sic ad humilitatis munus provocarentur, ut videtur in dicto cap. Subditi. Ita est interpretandus textus in cap. tributum 23. q. 8. cap. si tributum 11. q. 1. notant Bohemus, Turrecremata, et Praepositus in dicto cap. magnum.

Sed his omnibus obstat textus in cap. nos. 2. q. 7. ubi summus Ecclesiae Praesul, cum quadam die subditi calumniarentur se male Pontificale officium administrare, Imperatoris Ludovici iudicio se submisit. Augeturque difficultas, quia summus Pontifex se ipsum iudicare potest, cum superiorem non habeat, et cuncta iudicabit, et a nemine iudicandus cap. Si Papa 40 distinctione.

Sed huic dubio verissime dicendum est summum Ecclesiae Praesulem Imperatoriae maiestati subjici nunquam ita ut vere subditus maneat. Nec obstat textus in dicto cap. nos 2. q. 7. ubi summus Pontifex Imperatoriae maiestati se submittit de facto, non de iure; nam ibi agitur de iudicio coactivo [illegible], ubi iuris ordo non servatur, quia arbitri seu amicabiles [illegible] non exercent, sed privatam causae cognitionem administrant. l. privatorum de iurisdictione omnium iudicum.

Solutioni obstat Divi Pauli factum Actuum cap. 25. his verbis: Ad tribunalem

nale Caesaris sto, ubi oportet me iudicari. Ex quibus verbis colligitur cardinem iudiciarie in primitiva Ecclesia Apostolo a principibus posse iudicari. Sed huic dubio verissime dicendum est, quod ex illa Divi Pauli authoritate non colligitur Praesidem ubi causa Pauli agitabatur esse competentem iudicem, nec imperatorem, ad quem provocavit; quia extra eo quod Paulus esset persona Ecclesiastica, causa erat religiosa; nec damnatur Pauli factum, qui ad Imperatorem provocavit; nam cum causa rea fuisset superiori iudici proposita non iure, sed tyrannice; et cum non esset in eius potestate coram legitimo iudice litigare, merito ad effugiendum maius malum, et propter evitandas accusatorum insidias necessitate coactus ad Caesarem provocavit, et sic accipi debet illud Divi Pauli testimonium, ut ipse fatetur Cap. 28. ibi: Coactus sum ad Caesarem appellare. notat Suarez lib. 4. adversus Regem Angliae Cap. 10. n°. 3.

Rursus obstat difficilis textus in cap. Menam. versic. purgationem. 2. q. 5. Ubi Reverendissimi Menae Episcopi purgatio in iudicio regni Francorum fuit agitata. Augetur illius textus difficultas ex eo, quia Episcopus ille coram Pontifice fuerat accusatus, et cum nulla adversus eum reperiretur culpa adhibito iuramento supra Corpus Divi Petri Pontifex eum absolvit. ut constat ex principio illius textus; et sic versa ratione alienum. quod Episcopus per purgationem absolutus iterum coram Regina Francorum diiudicaretur. et praecipue cum nihil quaerendum sit post rem iudicatam. ff. de re iudicata. In cuius textus difficultate nonnulli affirmant id procedere per delegationem; nam etiam Episcoporum causae per delegationem feminae a summo Pontifici committi possunt. Cap. ex parte de arbitris. notat Covarrubias in cap. alma mater 2 parte. §. 11. n°. 3. Noster Garcia de nobilitate glossa 9. a n°. 18. fateor tamen Pontificem posse causas Clericorum Laicis delegare, sed non admitto in dicto Cap. Menam, causam illius Episcopi fuisse concessam iudicio Reginae Francorum, quod non legitur in Epistola B. Gregorij: nam quis sibi persuadere poterit Reverendissimum Episcopum innocentem arbitrio, et fragilitati feminarum Pontificem commisisse?

Quare ut haec omnia dubia dissoluantur verissime est dicendum in specie illius textus esse gravissimum errorem; siquidem versiculus ille praeceptionem consuenido communiter legitur, quasi eadem causa agitetur, quae in prima textus parte proponitur, cum diversa esset causa, et sic legendum est post ultima illius cap. verba; siquidem versiculus ille separatum authorem habet, hoc est Alexandri Secundi Epistolam ad Cumanum, et in prima parte authore Gregorio lib. 10. epistolarum epistola 8. ad Bruniquidam Reginam.

LIBER QVARTVS DECRETALIVM

Textus in Cap. Ex litteris 1. pugnat cum Cap. 2. Cap. Requisivit. de Sponsalibus.

Pro horum itaque conciliatione adnotandum est, quod is qui simpliciter vel iuramento adhibito promisit aliquam in uxorem accipere compellendus est per censuram Ecclesiasticam matrimonii vinculum celebrare, iuxta textum in dicto Cap. Ex literis 10. de sponsalibus. Cap. ex litteris 22. q. 6. Cap. 1 de sponsalibus lib. 6. L. 7. tit. 2 part. 4. Ratio est, quia nihil tam naturale est, quam ea, quae inter eos placuerunt servare. l. 1. ff. de pactis Cap. 1 et 3. eodem tit. Deinde quia grave est fidem fallere. ff. de constituta pecunia. nec interest an sit adhibitum iuramentum, et simplicem loquellam nullam constituit differentiam. Cap. iuramenti 22. q. 5. notat D. Augustinus de civitate Dei lib. 1. cap. 15. et 24. idem Augustinus ad Bonifacium epist. 205. relata in cap. noli existimare 23. q. 1. Andreas de pactis n. 285. Mendoza de pactis lib. 1. cap. 6.

Nec obstat textus in dicto Cap. requisivit 17. ubi probatur quod simpliciter promisit cum aliquo matrimonium contrahere per censuram Ecclesiasticam compelli non debet, sed moneri tantum sponsalia adimpleat. Quia ex plurimis interpretationibus verissime dicendum est, quod regula Alexandri 3. in dicto Cap. Ex litteris a Lucio 3. declarata textus in dicto Cap. requisivit videlicet hoc vinculo excommunicationis compellendos esse, nisi aliqua iusta causa adimplere qui iuraverit, velati coniugio illo infelices exitus timeantur, ut saepe experientia docet, tunc tamen potius est monendus, quam cogendus promissor, et ita obtinet decisio textus in dicto Cap. ex litteris ibi: nisi rationabilis causa extiterit. Est autem rationabilis causa ad excusationem quaelibet illa ob quam sponsalia dissolvi possunt, et inter eas praecipua reputatur quando inter contrahentes inest maximum odium, vel magna inaequalitas, et alter eorum ita obstinatus est, ut infelices exitus timeantur, notat Covarrubias in 4. parte 1. cap. 4. in principio. Navarrus in manuali cap. 10.

Nec solutioni obstat ratio tradita in dicto Cap. requisivit, videlicet matrimo

nia liberè et libere, et si nullus est contractum per metum a iudice illatum. Quia verissime est dicendum id obtinere solummodo in coactione militari extraiudicium; at vero quando iudice est metus illatus a iudice recte offitium ministrante, non sufficit ad rescisionem contractus iuxta textum in leg. Si mulier. ff. de eo quod metus causa. Sicque licet excommunicatio sit metus iustus. Cap. sententia pastoris. 11 q. 3. nihilominus etiam iure optimo remedio illo uti poterit donec sponsalia adimpleantur, nisi iusta sit causa ex supra traditis, quia excommunicatio cum non auferat ei libertatem, sed potius auget, cum dirigat ad bonum finem, ut ex malo bonum eligere. notat Divus Augustinus epistola ad Armentarium his verbis: *Augetur certe libertas cum magis in bonum formatur hominis voluntas* &c. Ut refert Soto de iustitia. q. 2. art. 2. columna 3. Hinc provenit quod si interim sponsalia de presenti coram parocho et testibus contraxerit, quamvis graviter peccet matrimonium tenet. Tridentinum ses. 24. de reformatione cap. 1. de sponsatione duorum. notat Covarrubias ubi supra. Gutierrez de iuramento confirmatorio Cap. 8. n. 6. novissime Anathasius Germonius lib. 2. animadversionum Cap. 15.

Textus in Cap. Iuvenis. de Sponsalibus, pugnat cum Cap. Litteras. Cap. Accessit de sponsatione impuberū.

Pro eorum iuridicam conciliatione adnotandum est quod iure Romanorum in sponsalibus contrahendis nunquam fuerit certa etas definita iuxta textum in L. sponsalibus. ff. de sponsalibus; sed postea iure Pontificio constituta est, hoc est quod non sit minus septennio, nec sufficit septimum annum impletum, nisi completus sit. Caeterum si sponsalia ante septennium contrahuntur et nulla sunt et nullum impedimentum publice honestatis contrahitur, et sic impugne cum consanguinea sponsa copulari possit. Hec etas in sponsalibus sufficiens est, quia voluntas, que in naturali consensu quiescit, facie cadit in impuberem, nam etsi plenum consensum non habeat, saltem cognoscit quid agat quod in sponsalibus satis est. Dicta L. sponsalibus. ff. de sponsalibus. notat Glosa in dicto Cap. litteras de sponsatione impuberum Covarruvias in 4. 2 parte. cap. 2 ad fin. Anathasius Germonius lib. 2. animadversionum

sionem Cap. 6. oritur etiam illud publicae honestatis impedimentum ex eo quia per sponsalia quasi coniunguntur Sponsi, non perfecte sicuti per matrimonium, merito conveniens est, quod sicut per matrimonium affinitas contrahitur, ita per sponsalia quasi coniunctione publicum honestatis impedimentum oriatur: dicto cap. litteras. cap. iuvenis de sponsalibus impuberum. notat Thomas Sanchez lib. 7. disput. 68.

Nec obstat textus in dicto cap. iuvenis de sponsalibus, ubi si maior septennio cum minore septennio sponsalia contraxerit publicae honestatis impedimentum, ita quod si cum consobrina prioris puellae contraxerit statim separetur, quare omissa interpretatione quam refert Covarruvias in 4. 2 part. cap. 2. dum asserit, quod ideo in dicto cap. iuvenis contrahitur publicae honestatis impedimentum, et sponsalia valent, quia etsi puella septennium minime esset egressa erat tamen doli capax ex eo quod ea attrectavit, et dolus, vel malitia supplet aetatem, quemadmodum in aetate matrimonij; nam etsi in matrimonijs contrahendis in foemina requiratur duodecim anni, in masculis vero quatuordecim, si vero doli capax fuerit matrimonium ante illam aetatem contractum valet, cum praematura potentia ad coitum aetatis defectum suppleat iuxta textum in dicto cap. de illis 9. de desponsatione impuberum tenet etiam Bernardus Decretalium Glossographus in dicto cap. iuvenis. Sed haec interpretatio licet communiter sit recepta dubia redditur ex eo siquidem ante septennium aetas illa ita admodum brevis est, quod nullo modo malitia esse possit, ut sic aetatem suppleat. Quare verisimile est dicendum decisionem textus in dicto cap. iuvenis locum obtinere quando in sponsalibus cum minore septennio duo illa concurrerint habitatio, et carnis contrectatio ex humana fragilitate, quamvis impleri non potuit, quo casu mirum non sit, quod publicae honestatis impedimentum sit, cum inhonestum et incivile est, ut is puellam tentavit, et attrectavit, ac longo eius spatio uxorem habuit cum eius consanguinea contrahat, et sic secundum matrimonium contractum nullum fuit; nam cum ibi dubitetur an copula intervenisset, necne, etiam affinitas ex copula perfecta dicitur, minimum est, quod

publicae honestatis impedimentum ex illo colitu oriatur, ut nouissime an
notauit Anasthasius Germonius lib. 2. animaduersionum Cap. 6.

Tertius in Cap. Cum locum 14. de sponsalibus pugnat cum
Cap. Inter Caetera 22 quaestione 4.

Contractus ut componantur advertendum est metu gesta mero iure valere
licet postea edicto pretoris actione quod metus causa rescindantur. Iuxta
textum in L. 1. l. si mulier 21 §. si metu. ff. quod metus causa. Cap. Si Abbas
eiusdem tituli Cap. Sacro 8. Cap. verum 15. de iureiurando Cap. maiores §
item qui dicunt de baptismo. L. 15 titulo 2 partida 4. L. 56. titulo 5 partida 5. notat Ja
vellus lib. 15 commentariorum cap. 39. Illegemibi plures refert. Hoc
etiam in matrimonijs locum non habet; nam matrimonia iusto metu contra
cta nulla sunt ipso iure, nec remedio recisionis indigent. dicto cap. Cum
locum. Cap. mulieres 6. Cap. veniens 13. cap. ad id 29. cum alijs hoc
titulo de sponsalibus. Concilio Tridentino sessione 24. de reformatione matrimonij
cap. 5. 6. et 9. Ratio est, quia in matrimonijs liber, et spontaneus requi
ritur consensus, et sic metus pugnat nuptiarum fini, qui duplex est, pri
mum comprehendit illa tria bona, fides, proles, et sacramentum. Cap. fin.
de conditionibus appositis, nam matrimonium est sacramentum, et signi
ficat unionem Christi cum Ecclesia. Cap. debitum de bigamis. Et Catholi
cum est Christum humanam naturam suscepisse. Alter finis est evi
tandam fornicationem vitare, et non vitatur nuptijs coactis, quia ex illis facile ad
adulterium et fornicationem invitantur, notat Covarrubias in epitome
ad 4. 2 parte Cap. 3 §. 5. Thomas Sanchez de Matrimonio lib. 4. disputatione 8.

Nec his obstat textus in dicto Cap. Inter caetera 22 quaestione 4. Ubi Di
vus Augustinus probare videtur matrimonium metu contractum firmum
esse. Quia omissis pluribus interpretationibus verius est dicendum, quod
in specie illius textus matrimonium valuit ideo, quod postea cessante
causa metus sponte fuerat contractum, et sic in specie illius textus apud
Augustinum fuit solummodo dubitatum an ne vir ille, qui simul sacra
mento metu extorto promisit concubinam uxorem recipere, et matrem

et fratres

et patris a domo expellere, et ei alimonia non praestare, quod illicitum erat, et servari non poterat. Sic similiter cum concubina uxore remanere non potest. Quo dubio D. Augustinus respondet Matrimonium valere, quia sponte fuerat contractum postea, iuramentum nullius momenti esse, quia absque periculis et homicidii poena observari non poterat. Cap. cum quidam §. ultimo. de iureiurando, et ex duobus unum per alterum non vitiari; quia utile per inutile non vitiatur. Cap. utile. de regulis iuris lib. 6. Tenet Covarruvias in 4. 2a parte cap. 3. §. 5. n° 3. et in cap. quamvis pactum 2a parte n° 4.

Nec solutioni obstat textus in cap. ad id. 21. hoc titulo de sponsalibus ubi matrimonium metu celebratum valet; quia textus ille loquitur quando matrimonium a principio metu fuerat celebratum, eidemque post facto ex illa diuturna cohabitatione praesumitur verus consensus, et ratificatur. Quod etiam hodie per Concilium Tridentinum observari posse defendit Thomas Sanchez ubi supra n° 6.

Nec solutioni obstat textus in l. si patre cogente 22. ff. de ritu nuptiarum ubi matrimonium per filium contractum metu a patre illato valet. Quia textus ille loquitur non de metu iusto cadente in constantem virum, sed de metu reverentiali patris vel matris, qui sufficiens non est, nisi minae intercedant, iuxta textum in cap. ex litteris de desponsatione impuberum. nota Farinacius lib. 1. controversiarum cap. 97. Covarruvias in 4. 2a parte cap. 3. §. 6. n° 8

Nec etiam obstat textus in cap. 2. de adulteriis, ubi probatur de flagrantem virginem ad matrimonium contrahendum cogi posse, nec rescindi ex eo, quod metu sit illatus; quia textus ille loquitur de metu iusto a iudice illato iusta causa interveniente iuxta textum in l. 3. §. sed vim. ff. quod metus causa. dict. cap. ex litteris de sponsalibus, ubi latte probatur.

Textus in Cap. finali de conditionibus appositis pugnat cum Cap. Beata Maria 22 quaestione 2

Pro quorum iterum conciliatione advertendum est conditionem contra substantiam matrimonii appositam matrimonium vitiare, et si matrimonium favorabile sit. Ratio est, quia sine substantia rei nihil subsistere potest. l. cum precario ff. de precario l. 3. §. si proton. ff. de acquis.

Cap. sufficiat. 27. q. 2. l. 3. tit. 4. part. 6. et cum de substantia matrimonij sit fides, proles, et sacramentum, cap. omne itaque 27. q. 2. merito si illa conditio ut generationem prolis evites, quae est contra bonum prolis; illa si adulterandam traditideris, quae est adversus fidem coniugalem; illa, do [illegible] dignitatem, vel facultatibus ditiorem inveneris, quae est contra bonum sacramenti, quod vinculum indivisibile est, apponatur, matrimonium nullum reddit. notat Glossa in dicto cap. fin. Covarrubias in 4. 2ᵃᵉ cap. 3. in principio. Thomas Sanchez lib. 5 de matrimonio disp. 8 usque ad 9am.

Sed obstat textus in dicto cap. Beata Maria 27 q. 2. ubi probatur matrimonium validum fuisse inter Virginem Mariam et Josephum, licet nullus fuisset consensus in copula; cum Virgo Maria votum castitatis emiserit, quod est contra bonum prolis. Sed huic dubio verissime dicendum est inter Virginem Mariam, et Josephum verum matrimonium fuisse, quia Beata Maria a principio consensit in eis, et potestate coniugali, licet haberet propositum castitatis sub conditione si Deo placeret, et sic nihil contra bonum prolis, cum non consenserit in potentia copulae, licet non in actu, notat Covarrubias dicto cap. 8. §. 1. n. 3. Sanchez de matrimonio lib. 2 disp. 28 n. 9.

Nec obstat textus in cap. finali, qui clerici, vel voventes, ubi conditio illa [illegible] adiecta tempore professionis ut proprium habere possit, et [illegible] remaneat et conditio contra votum paupertatis, iuxta textum in cap. cum ad monasterium de statu monachorum. et illa conditio religionem non vitiat; ergo nec matrimonium, cum valeat argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, cap. de translatione Episcopi. Quia huic dubio verissime est dicendum, quod textus ille non loquitur de conditione, sed de modo, ex illis verbis: ubi in dorso &c. nam ibi modus positus fuit non ad nudam [illegible] proprietatem, nam tunc vitiaretur professio, sed ad usumfructum bonorum, de licentia sui superioris, merito, mirum non est quod ex illo modo in specie illius textus professio non vitiaretur, iuxta textum in cap. insinuante eiusdem tituli, notat Covarrubias lib. 2. variarum cap. 14.

Sed magis

Sed magis obstat textus in l. Cum precario ff. de precario. ubi pactum appositum, quod non peteret quandocumque precario rem revocari est contra substantiam precarij l. [illegible] ff. de precario. Cap. fin. eodem tit. et huiusmodi pacto precarium non vitiatur: ergo [illegible] contra substantiam contractus, id solum fuit conventum, ut ille qui precarium rogabat possideret usque ad Kalendas Iulias: quo precarij constitutio non impedit revocationem precarij cum illud pactum non fuisset appositum ut ante illud tempus non liceret concedenti revocare. notat Cuiatius in dicta l. Cum precario.

Textus in Cap. Porro de divortijs pugnat cum Cap. Significasti eiusdem tituli &c.

Quo iura ut componantur advertendum libet. quod si maritum propter notorium consanguinitatis impedimentum uxorem a domo eiecerit absque iudicio Ecclesiae uxor viro ante omnia restitui debeat; iuxta textum in dicto Cap. Porro de divortijs. Ratio est, quia spoliatus ante omnia est restituendus iuxta textum in cap. [illegible] Cap. [illegible] de restitutione spoliatorum. L. 1. et toto tit. ff. de vi, et vi armata. Deinde quia maritus etiam si notorium sit impedimentum non potest consanguineam uxorem absque iudicio Ecclesiae a domo eijcere, iuxta textum in cap. [illegible] 75. q. 6. Notant Covarrubias et Thomas Sanchez de matrimonio lib. 10 disp. 12. n. 30 cum sequentibus.

Sed obstat textus in cap. Significasti eiusdem tit. ubi uxor a marito sine iudicio Ecclesiae fuit dimissa propter publicum adulterium, et nihilominus non restituitur. In cuius textus difficultate, omissis [illegible] plurimis interpretationibus, verissime est dicendum, quod in dicto Cap. Significasti non probatur maritum potuisse propria authoritate uxorem a domo eijcere, sed tantummodo probatur, quod si de facto eam spoliavit, si restitutio petatur denegari debet, quia sibi obstabit notorium adulterij impedimentum, cum uxor illa in iudicio fuit confessa adulterium commisisse. et post confessionem restitutionem postulabat, merito deneganda est, cum divina et humana lege sit prohibitum adulteram uxorem in domo retinere. Mathei Cap. 19 ibi: quicumque dimisserit uxorem nisi ob fornicationem, et aliam

dispexit mahatur, iuxta textum in cap. gaudemus de divortijs, humana lege L. miles 11. § fin. ad legem Iuliam de adulterijs. notat Faquineus lib. 6. contro versiarum iuris cap. 10. Covarruvias lib. 1. miscellanearum iuris cap. 9. per totum.

Textus in Cap. Lator. Qui filij sint legitimi. pugnat cum l. Quoties. C. de iudicijs.

Pro quorum iurium conciliatione est notandum est, quod si quaestio haereditaria in Laicali iudicio fuerit proposita, si tamen exceptio praeiudicialis nativitatis sit obiecta causa principalis successionis cessare debet, donec illa exceptio nativitatis, quae matrimonialis et spiritualis iudicio Ecclesiastico disceptetur. iuxta textum in dicto Cap. Lator. qui filij sint legitimi. Cap. tua. de ordine cognitionum. Ratio est, quia alioquin si eodem tempore causa successionis coram rege Francorum tractaretur, et nativitatis coram Romano Pontifice, ordo iudiciorum perturbaretur, et evenire posset iudicem Ecclesiasticum pronuntiare successorem illegitimum esse ad iudicem saecularem comitatum successori pertinere, merito propter evitandam hanc perplexitatem iudex saecularis proposita exceptione praeiudiciali supersedere debet, donec in iudicio Ecclesiastico disceptetur. quia iudex Laicus nec principaliter, nec incidenter de causis Ecclesiasticis cognoscere potest. quia ius spirituale non cadit in laicis personis. Cap. Massana. de electione. Cap. decernimus de iudicijs. ubi plures refert Sahagun à n.º 36.

Sed ex contrario obstat textus in dicta l. quoties C. de iudicijs. ubi aperte probatur, quod si iudex in causa aliqua principaliter agere ubi incompetens; si tamen causa illa incidenter occurrat competens efficitur. Ergo quamvis Laicus iudex in dicto Cap. Lator. in causa matrimoniali principaliter agens sit incompetens, si tamen causa illa incidenter occurrat, de illa iudicare potest.

Sed hoc dubio non obstante non est a communi sententia supra relata recedendum. Nec obstat textus in dicta l. quoties, quia est magnopere pernotandum discrimen versari inter iudices incompetentes, et inter iudices incapaces, nam iudex

iudex incompetens est qui iurisdictionem in habitu, et potentia habet, licet non actu, et exercicio: incapax est, qui nec in actu, nec in habitu iurisdictio nem habet, nec habere potest: hoc supposito secundum iudicem incompetentem de incidentia competens efficit. nam iurisdictionem, quam habet in habitu, facile ad actum reducere potest. vt est iudex Ecclesiasticus in causis profanis, et ita est interpretandus textus in l. quotiens, C. de iudiciis. at vero textus in cap. lator, loquitur de iudice incapaci, vt est laicus de rebus Ecclesiasticis. Couarruuias lib. 1. variarum cap. 8. Molina de Hispanorum primogenijs lib. 3. cap. 19. nº 23.

Solutioni magis obstat textus in cap. causam quae 7. qui filij sint legitimi. Vbi iudex Ecclesiasticus, qui cognouit de natalium causa Ecclesiastica inter Rodericum, et Ferdinandum, si causa restitutionis, et spoliationis bonorum sit opposita, de illa cognoscere non potest, sed iudicio laicali regis Anglorum remittere debet. ergo nec iudex Ecclesiasticus de causa profana, quae inciden ter occurrit cognoscere potest. Causa profana iudicio Regis Francorum a Pontifice fuit remissa, vt bene animaduertit Cuiatius in paratitulis ad Decretales, iudicio cap. causam quae 7. qui filij sint legitimi.

Textus in Cap. Prudentia. 8. de donationibus inter, pugnat cum Cap. Ex literis. 5. de pignoribus.

Pro quorum textuum conciliatione exponendis eorum concordia standum est. quod quamuis iudex Ecclesiasticus de causis profanis principaliter cognoscere non possit, ex incidentia tamen potest. quia in illis non incapax sed incompetens est, merito de causa dotali etsi profana sit, si incidenter occurrat cognoscere potest. iuxta textum in cap. de prudentia. de donationibus inter.

Sed huic sententiae non leuiter obstat textus in cap. ex literis. 5. de pignoribus. vbi exponere probatum dotis causam non incidenter, sed principaliter ad iudicem Ecclesiasticum pertinere. Cuius dubio verissime est dicendum iudicem Ecclesiasticum in specie illius textus potuisse de restitutione dotis principaliter cognoscere, quia mulier illa asserebat esse oppressam, cum a propria dote propter mariti debitum esset spoliata, et sic tanquam vidua, et

opinia posse frui de immunitate Ecclesiastica, iuxta textum in cap. Ex parte de foro competenti = Nec solutioni obstabit dicere mulierem illam non esse viduam, cum adhuc vivum virum haberet, et sic remedium subsidiarium in dicto cap. ex parte de foro competenti locum non habere, quia est verissime dicendum, quod in specie illius textus maritus ille propter delictum absens, et fugitivus erat, merito quamvis non vere vidua esset ficte pro vidua reputabatur, quia idem est maritum non habere, et inutilem maritum habere, iuxta textum in cap. ~~[illegible]~~ corporalia verbo inutilem de translatione Episcopi, notat Barbosa in l. 1. ff. de soluto matrimonio a n.° 15.

Textus in Cap. 2. de donationibus inter, cum Cap. Plerumque 4. eiusdem tituli.

Quae iura ut componantur adnotandum est, quod soluto matrimonio dos uxori restitui debet, et bona constante matrimonio quaesita sunt dividenda, iuxta textum in cap. 2 de donationibus inter. Cap. 1 et fin. eiusdem tit. l. 2. ff. soluto matrimonio l. 7. 23. et 31. tit.° 11 part. 4. l. 1. cum sequentibus tit.° 9 libro 5. recopilationis notat Covarrubias in cap. 4. 2.a parte cap. 7. n.° 6. late Duarenus in dicta l. 2 cum alijs ff. soluto matrimonio. Ratio enim est, nam cum dos detur marito propter onera matrimonij supportanda l. pro oneribus ff. soluto matrimonio, ratio postulat, quod eo separato uxori restituatur, ut sic melius nubere possit, et mariti ad eas inducendas invitentur, cum reipublicae intersit dotatas esse feminas ad sobolem procreandam, iuxta textum in l. 1. ff. soluto matrimonio, similiter etiam bona constante matrimonio acquisita, eo soluto dividuntur. quia inter coniuges videtur contracta in bonis acquirendis societas universalis, ut commoda, et incommoda dividantur, iuxta textum in cap. cum societas 27. q.e 2.

Nec obstat textus in dicto cap. plerumque 4 hoc tit.° ubi separato matrimonio dos uxori non restituitur, quia verissime est dicendum, quod textus ille loquitur quando matrimonium separatum est ex illicita causa, quo in casu

propter

propter adulterium ab uxore commissum mulier loco pænæ dotem amittere non potest ante sententiam. quo dubio est verissime tenendum, pœnam ante sententiam non deberi. Nec obstat textus in dicto Cap. Repudientia, quia quo tenendum est in sententiam fabricare supplicium termino habili argumento textus in l. qui testamento ff. de testamentis; Nec obstat textus in l. si cum dotem 23. § quintus 30. § post dotem 41. ff. soluto matrimonio, in quibus iuribus aperte probatur, quod soluto matrimonio dos uxori non restituitur. quia iura illa loquuntur quando dos ab extraneo est data, et stipulatus est dotem, soluto matrimonio non uxori, sed sibi restitui debere, nam tunc non mulieri, sed extraneo dotanti dos restitui debet. aliasque plures exceptiones referunt Doctores in dicta l. 2. ff. soluto matrimonio.

Rursus adversus quod dictum est bona quæsita constante matrimonio eo soluto esse dividenda, obstare videtur textus in l. Quintus Mutius ff. soluto matrimonio. l. 6. C. eodem in quibus iuribus probatur ea omnia, quæ constante matrimonio obtinere ex bonis mariti quæsita præsumi, atque proinde non dividenda, sed ad maritum pertinere. Sed dubio est dicendum, quod in specie illius textus non probatur non esse dividenda, sed tantum quod si dubium est a quo bona fuerint acquisita præsumptio semper est ex bonis mariti provenire, ut turpis quæstus evitetur. Hodie autem iure regio bona matrimonio constante acquisita, sive ab uxore, sive a marito, sive ex pecunia unius, sive ex pecunia alterius, sive ex contractu communi, sive omnino tantum soluto ex legitima causa matrimonio communia sunt iuxta textum in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori l. 6. et 7. tit. 9 lib. 5 recopillationis

Textus in Cap. finali de donationibus inter pugnat cum l. Si vir uxori 3. ff. pro donato

Ex generali iurium constitutione donationem inter virum et uxorem, ex qua alter locupletior, alter pauperior efficitur, nullius momenti, nec morte viri confirmatur, ut constat ex dicto Cap. fin. ex integro tit. de donationibus inter. Digesti, et Codice. l. 4. eius tit. 4 part. 4. Ratio est, ne mutuo amore, et profusa erga se liberalitate coniuges expoliarentur iuxta Ulpiani sententiam in dicta l. 1 ff. eodem. notat Anto

nius Faber in iurisprudentia Papiniana tit. 9. principio illatione 24. Duarenus in praefatione ad titulum de donationibus inter Donellus lib. 14 commentariorum cap. 4. ubi plura Alciatus inveniet.

Sed obstare videtur difficillimus textus in l. si vir uxori §. fin. ff. de donat. ubi donatio inter virum et uxorem valet, siquidem rem donatam uxor usucapere potest tit. pro donato. Augeturque difficultas, siquidem si uxor cognoverit rem a marito donatam esse alienam, sive ignoraverit semper inest mala fides, nam si scivit rem esse mariti semper inest in mala fide, cum donatio inter virum et uxorem sit prohibita; si tamen sciverit a non domino accepisse etiam est mala fidei possessor. Ita eiusque textus difficultate omissa nonnullorum sententia asserentium ibi ex ibi uxorem posse rem donatam usucapere, quia error iuris cum errore facti concurrens inducit prudentem ad bonam fidem. Quia verissime dicendum est, ideo rem donatam uxorem posse usucapere, quia mulier illa non errabit in iure contractus, sed in genere contractus existimans omnes donationes esse prohibitas inter coniuges: in re tamen donata minime erravit, cum res donata non erat mariti, sed aliena, marito cum maritus dando aliena pauperior non efficiatur, donatio valet. Cum regula: ut plus valet, quod in veritate est, quam quod in existimatione est, bene animadvertit Faber lib. 7. Conjecturarum cap. 13. Schifordegerus lib. 2. tractatu 26. q. 4.

Nec solutioni obstat textus in l. fructus ff. de usuris, ubi donatio fructuum inter coniuges facta valet, quia omissa Donelli interpretatione lib. 4 coniecturarum cap. 27. est verissime dicendum, quod ideo ibi valet donatio fructuum, quia textus ille loquitur in fructibus industrialibus, non vero in naturalibus. Ratio est, quia in illis maritus non efficitur pauperior, cum opera, et industria secundum nos condemnari, secus esset de fructibus naturalibus in quibus maritus pauperior efficitur iuxta Alciati sententiam lib. 4 commentariorum cap. 25. littera H.

Solutioni obstat etiam textus in l. de fructibus 17. de donationibus inter, ubi valet donatio inter coniuges in fructibus usurarum, et tamen

usurarum

usurarum fructus non sunt industriales, cum opera hominis non proveni-
ant. Sed huic dubio est verius dicendum ideo ibi usurarum do-
nationes inter coniuges valere, quia usurae illae opera, et industria prove-
niunt, si tamen per stipulationem provenirent, quae lucrativae dicuntur,
donatio non valeret cum donans pauperior efficeretur. notat Faber lib.
4. coniecturarum.

In quinto Decretalium libro. Textus in Cap. Inquisitionis 21. de accusationibus pugnat cum Cap. Dilectus 30. de Simonia.

Sed pro ratione de nostra disputationis, ad notandum est, quod in primo decre-
talium libro; dictum est de personis, et eorum officijs. In secundo de iudicijs,
et quomodo iudicia ordinentur. In tertio de rebus, et contractibus in quarto
de Sponsalibus, et matrimonijs. In hoc autem quinto de delictis disputatur.
Tribus autem modis delicta in iudicium deducuntur, vel per accusationem,
vel per inquisitionem, vel per denuntiationem iuxta textum in cap. qualiter
24. versic. contraquos. de accusationibus. notat Pax in praxi tomo 4.
parte cap. 1. cum sequentibus. Hinc provenit, quod licet convictus de crimine
per viam inquisitionis iuxta nostro Pontificio mitius puniatur, quam convic-
tus per accusationem; si tamen crimen est depositionis dignum, itaque quod impe-
diat beneficij retentionem, et ordinis executionem, eadem poenam minuere
non potest; sed perinde punitur ac si per accusationem crimen fuerit pro-
batum. veluti in homicida, qui non potest ministrare quamvis delictum
fuerit occultum, et poenituerit. et in eis qui simoniace ordines receperint
nam licet Caractherem imprimant sacerdotalem, tamen officium admini-
strare non poterunt, iuxta textum indicto cap. Inquisitionis 21. de accusatio-
nibus, l. 6. tit. 5. part. 5. l. 22. tit. 17. part. 4.

Sed obstat ex diametro textus in cap. dilectus de simonia. ubi si quis
per accusationem, vel inquisitionem fuerit de crimine Simoniae convictus,
cuius delicti poena sit ordinis depositio, diversis poenis punitur; nam si per
accusationem fuerit convictus deponitur: si vero per inquisitionem minus

Texio decedi tur. Cui dubio est dicendum verissimum esse, quod quando cri
men per inquisitionem est probatum quod depositionis poenam meretur iudex
ab illa recedere non potest, iuxta textum indicto cap. Inquisitionis. Nec obs
tat textus indicto Cap. dilectus, ubi non deponitur, sed monasterio reducitur
quia textus ille loquitur in Clericis Regularibus, qui habitum Simoniace
susceperunt; at vero textus indicto Cap. Inquisitionis, loquitur in Clericis
Saecularibus; nam Clerici regulares ex illa perpetua poenitentia quasi privan
tur de illo iure vicio se quesito; quae ratio non militat in Clericis saeculari
bus, merito deponitur, ut benedixit. Glossa verbo accusationibus
indicto Cap. Inquisitionis quam sequuntur Socinus ibi n° 8. Abbas.

Textus in Cap. Mathaeus 23. de Simonia, pugnat cum Cap. Dilectus 28. eiusdem tituli.

Quae iura ut componantur adnotandum est cuique licite mera sine prejudicio
aut authoritate absque Simoniae labe redimere vexationem super beneficio
iam obtento dicto Cap. dilectus 28. de simonia. Cap. quaesitum 1. q. 3. l. 8. tit.
17. part. 1. l. 23. in fine tit. 20. eadem part. Ratio est, quia molestiam
qui habet redimere potest, cum defensio sit iuris naturalis. l. ut vim de
iustitia et iure. l. 1. cum aliis ff. de vi, et vi armata. Cap. 1. de homicidio. Meno
chius de arbitrariis lib. 10. q. 7. n° 3. Faber in rationalibus ad Pandectas
indicta l. ut vim de iustitia, et iure.

Refragatur ex diametro textus indicto Cap. Mathaeus, ubi probatur quod
si electus ad regimen alicuius Ecclesiae, si contradicentibus pecunias dederit
et a contradictione recedunt, et si postea fuerit confirmatus Simoniacus est,
et a beneficio privatur. Quo dubio omissis ubique plurimis interpreta
tionibus verissime est dicendum huius textus decisionem intelligendam
esse, quando quis habet ius ad rem, non vero ius in re, cum adhuc eius electionem
esset confirmata. Quo in casu vexationis redemptio admitti non potest, quia
tunc non tantum vexatio, sed electionis confirmatio consequitur, et simonia
contrahitur at vero textus indicto cap. dilectus loquitur quando quis habet

ius

ius plene quaesitum in beneficio. Quo in casu potuit pecuniis vexationem redimere, nam tunc reputatur naturalis defensio, cuius intentio non est aliquid pro spirituali dare, sed ius suum per electionem, et confirmationem quaesitum defendere. Quae interpretatio aperte deducitur ex dicto Cap. Matthaeus. ubi electus fuit dumtaxat, non confirmatus, at vero in dicto Cap. dilectus electus et confirmatus fuit. notat Glossa ibi. verbo illicite. Rebuffus in praxi de Simonia n°. 17.

Solutioni obstat textus in cap. 17. 16 q. 7. Ubi Episcopus non potest decimas a populo redimere, quamvis decimarum proprietas Episcopo competeret. Cui dubio est dicendum, quod inter alia, quae cumulative ad redimendam vexationem requiruntur, praecipuum est, quod redimens non solum proprietatem, verum etiam possessionem retineat. Cum possessio decimarum sine delicto Simoniae redimi nunquam possit, cum rei spirituali [illegible] iuxta textum in Clementina unica, de causa possessionis, et proprietatis. [illegible] in cap. Decimas Episcopus non potest decimas a populo redimere, quia gratis eis [illegible], ut bene advertit Glossa magna in dicto Cap. dilectus.

Sed magis digladiatur textus in Cap. Constitutus. de religiosis domibus. In cuius textus specie aperte probatur Episcopum posse annuam possessionem octo denariorum recipere pro concessione Episcopalis iuris, ut sic monasterium Episcopo subiectum possit ius Episcopale exercere, Clericos ordinare, altaria consecrare, et tertiam partem mortuorum lucri facere. Cui dubio est verissime dicendum, quod illa annua pensio fundatur ratione subiectionis, cum monasterium illud esset subditum Episcopo, quae pactio iuris spiritualis valet, cum authoritate summi Pontificis fuit approbata, et cum pensio illa detur in signum antiquae subiectionis Simonia non dicitur. notat Abbas. ibi n°. 8.

Textus in Cap. Cum in Ecclesia de Simonia pugnat cum Cap. Ad Apostolicam 42 eiusdem tituli.

Pro quarum verum conciliatione animadvertendum est non valere consuetudinem, per quam introductum est, ut aliquid temporale pro exequiis mortuorum, pro benedictione villae, vel carnis, pro sepultura, pro administra

tione sacramentorum, detur, ita ut simonia non committatur, iuxta textum in dicto Cap. Cum Ecclesia 9. Cap. Veniens 19. cum aliis de Simonia, lib. 16. tit.° 17. part.° 1. ratio est, quia Simonia est a iure divino, et naturali prohibita. Matthaei Cap. 10. Joannes Cap. 20. merito nulla consuetudine ius divinum tolli potest. Cap. Sunt quidam dicentes 22. q. 1. §. Sed naturalia instituta de iure naturali. notat D. Thomas 2.a 2.ae q.e 100. art.° 2. Victoria in relectione de Simonia n.° 10.

Nec obstat textus in dicto Cap.° Ad Apostolicam, ubi consuetudo illa, quod aliquid temporale pro spirituali detur laudabilis est, et observari praecipitur. In cuius textus difficultate omissa Glossae interpretatione in dicto Cap. Ad Apostolicam, et in dicto Cap. Cum in Ecclesia verbo consuetudinem, dum asserit esse discrimen constituendum an ne consuetudo dandi temporale pro spirituali sit introducta ex necessitate, an vero ex mera fidelium liberalitate? Si ex necessitate minime valere iuxta textum in dicto Cap. Cum in Ecclesia. Si vero ex liberalitate admittenda esse, et compellendi sunt fideles consuetudinem servare, quia haec interpretatio aperte convincitur esse, quam qui ratione consuetudinis temporale pro spirituali praestat, non praestat ex liberalitate, sed ex necessitate ratione consuetudinis et sic Simoniacus erit notat Duarenus lib. 6. de sacris Ecclesiae ministeriis Cap. 6.

Quare verissime dicendum est, quod in specie illius textus non fuit consuetudo ut temporale pro spirituali daretur, sed introductum fuit ex mera fidelium devotione, ut Ecclesia simpliciter sine respectu spiritualitatis temporale a parochianis praestetur pro necessitatibus ipsius Ecclesiae, ut sunt decimae, et oblationes, non autem pro administratione sacramentorum, quia illud simoniacum esset, cum gratis et libere sint administranda, ut bene Covarrubias lib. 1. variarum Cap. 17. n.° 1.

Textus in Cap. finali de Simonia pugnat cum Cap. Consului 10. de usuris.

Cui iure ut compensantur adnotandum est, quod simoniacus mentalis nec excommunicationis poena adstrictus est, nec praebenda resignare, nec restituere tenetur, iuxta textum in dicto Cap. fin. de Simonia. Cuius reddendi

rationem

rationem infra proponemus.

Sed obstat ex diametro textus in dicto Cap. consuluit 10. de usuris. ubi mu tuum in mente, ut ultra sortem receptum aliquid reddatur, id quod recipit in foro conscientiae restituere tenetur. Augeturq. difficultas ex eo, quod Usura, et simonia eandem rationem, et dispositionem habent, quia usura omni iure damnatur. Cap. quia in omnibus cum sequentibus de usuris. Deu theronomio Cap. 23. Levitici Cap. 25. Mathei 19. Lucae 6. [illegible] et simo nia Cap. 1. et tot. tit. de simonia. In cuius textus [illegible] pluri mis interpretationibus, quas refert Covarruvias [illegible]. [illegible] in principio [illegible] in dicto Cap. finali. a n.o 6. [illegible] parte. § 3. [illegible] est dicendum usurarium [illegible] restitutio [illegible] teneri, Simoniaci vero minime. Differentia ratio [illegible], etsi non nulli confugiant ad textum in l. [illegible] ff. de legibus. quia usura cum principium est [illegible] Lucae, et Mathei [illegible], quia violatur Dei et proximi dilectio, et omnia praecepta decalogi. Siquis enim ultra sortem contra leges Dei ex corrupta animi intentione recep tum [illegible] tenetur, quia qui ultra sortem solvit, in[illegible] solvit, et recipiens restituere tenetur, cum conscientiam laesam habeat, et cognoscat non gratuito, et libero animo solutum esse, ut ait Caietanus in Codlibeto de usura. Cap. 9. Simonia vero principium est, gratis accepistis, gratis date, dicto Cap. 1. et tot. tit. de simonia. Ex quo principio deducitur, quod tantum modo est prohibitus actus simoniae exterior, non interior, sicq. cum non reperiet simoniae mentali ex ea acquisitum, cum dilectio dumtaxat Dei violetur, restitutio non est necessaria, sed poenitentia imponitur ob pra vam intentionem, iuxta textum in dicto Cap. fin. de simonia. quod est ob servandum.

Textus in Cap. 1. de usuris pugnat cum Cap. Salubriter eodem tit.

Pro quorum iurium Conciliatione, advertendum est, quod creditor ne usurarius dicatur, tenetur fructus ex pignore perceptos restituere, vel in sortem prin cipalem reputare, iuxta textum in dicto Cap. 1. de usuris. Cap. cum contra

de pignoribus. L. 1. et 2. C. de pigneratitia actione. Ratio est, quia omne lucrum extra sortem proveniens, quamvis non sit in pecunia, sed in quacumque re quae pecuniis aestimari potest, usura est, notat D. Thomas 2a 2ae q. 78. art. 1.

Sed obstat textus in dicto Cap. Salubriter ubi Innocentius textus maritum posse pignoris fructus percipere non solum sine fraude, nec in sortem computare compellendum esse. Concordat textus in l. 3. tit. 11. part. 5. In cuius textus [illegible] omissis ubique pluribus interpretationibus [illegible] quod ideo in specie illius textus maritus fructus rei pigneratae [illegible] percipere potest, nec in sortem computare debet propter onera matrimonii sublevanda, et propter damnum emergens, quod maritus patitur [illegible] et familiae sustentandae [illegible] l. pro oneribus [illegible] quia aliter si fructus rei pigneratae in sortem computarentur [illegible] socer genero dotem solueret, et sic indotata uxor remaneret, quod reipublicae utilitati contrarium est l. 1. ff. soluto matrimonio, quam interpretationem sequuntur Covarruvias lib. 3. Variarum cap. 1. n° 8.

Sed magnam difficultatem facit textus in cap. ad nostram de rebus Ecclesiae alienandis [illegible] in cuius textus specie restitutio rei pigneratae [illegible] fuit facta cum fructibus ex ea perceptis, nec creditor eos in sortem principalem computare tenetur, sed eos perdit. Sine dubio verissime est dicendum quod ideo in specie illius textus fructus in sortem non computantur, nec cum re restituuntur, sed eos retinet propter impensas, et meliorationes in fundo factas, et cum fructus deductis expensis appellentur iuxta textum in l. fructus ff. soluto matrimonio, et sic expensae soluerentur fructus non remanerent, ideo creditor [illegible] fructus percipere potest, ut notat Glossa magna, in dicto cap. ad nostram de rebus Ecclesiae. Covarruvias ubi supra.

Textus in Cap. Navigandi. de usuris. pugnat cum l. Periculi pretium. ff. de nautico foenore

Pro cuius [illegible] ut concordantur adnotandum est nauticum foenus permissum esse absque ullo usurarum pena. Veluti cum quis mutuat mille aureos extra

mare

mare vehenda, et aliquid ultra sortem accipiat. hoc usura omnino iure permissa est iuxta textum in l. periculi pretium ff. de nautico foenore l. 2. C. de usuris. Ratio est, quia id quod in hoc contractu ultra sortem recipitur, non recipitur ratione huius mutui, sed loco pretij propter curam illius periculi, cum creditor periculum mutui in se suscipiat contra mutui substantiam. l. 1. ff. de nautico foenore. argumento textus in cap. in civitate tua 6. hoc tit. de usuris. Hinc infertur, quod fideiussor mercedem recipere potest propter periculum, quod fideiubendo recepit. notat Covarrubias lib. 3 Variarum Cap. 2. et 3.

Sed obstat textus in dicto cap. naviganti, ubi Gregorius 9 nauticum foenus improbat eius, quod usura continetur. Anxius textus difficultate omissis plurimis interpretationibus, verius mihi est dicendum, quod Gregorius in dicto cap. fin. loquitur quando creditor antiquus, et consuetus usurarius erat, et aliter pecuniam non mutuaret, nisi usura permitteretur, qui sate ut usura valerent multoties per fictionem asserebat in mutuo periculum esse, vel non esse. quapropter ut illa illicita fictio, et usura vitaretur Pontifex statuit illius usuram foeneraticiam esse prohibitam cum aliter ultra sortem recipitur inter illas personas; alias autem si fictio periculi non est, licitum est aliquid ultra sortem recipere; notat Covarruvias ubi supra. Mola in emporio iuris lib. 8 q. 25. n. 21.

Obstat etiam textus in Extravaganti 1. et 2. de emptione, et venditione ubi censualis contractus legitimus est, et aliquid ultra sortem recipitur. Sed huic dubio est verius mihi dicendum, quod in censu non committitur usura quia magis proprie est contractus emptionis, quam mutui, et adhoc quod usura admittatur necesse est quod mutuum sit, non emptio et venditio notavit Covarrubias, et Mola ubi supra.

Textus in Cap. Ad falsariorum. 7 de crimine falsi. pugnat cum Cap. Cum non ab homine de iudicijs.

Pro quorum iuxtam conciliatione adnotandum est, quod Clericus falsarius litterarum sedis Apostolicae officio, et beneficio est privandus, degradandus, et iurisdictioni saeculari tradendus, iuxta textum in cap. ad falsariorum.

Cap. ad audientiam 8. Cap. licet 5. eiusdem tit.[i] consonat textus in l. 6. tit.º 6. par tita 1. Sed obstat textus in cap. Cum non ab homine de iudicijs, vbi clericus in quocunq.[e] delicto comprehensus, vel legitime conuictus ab Ecclesiastico iudice declarandus est, non tamen curiæ sæculari traditur, nisi incorrigibilis fuerit, et contempserit censuram Ecclesiasticam. Pro cuius vera interpretatione advertendum est quod omnia delicta ad tres species redducuntur, vel levia sunt, vel grauia, vel atrocia. Levia sunt iniuria, incontinentia, quorum pœna hodie est pœnitentia corporalis, vel eleemosyna, et crescente contumacia vsque ad depositionem proveniendum est, iuxta textum in cap. At si clerici. §. si vero de iudicijs. Grauia delicta suspensione puniuntur, iuxta textum in cap. ... et crescente contumacia depositionis pœna plectuntur iuxta textum in cap. inquisitionis de accusationibus. Cap. tuo. de pœnis. Atrocia, seu grauissima delicta plectuntur cum depositionis et degradationis pœna, quæ autem delicta atrocia appellentur arbitrio iudicis relictum est; notat Glosa in cap. Cum illorum. Verbo mutilationem. de sententia excommunicationis. Cap. ad abolendam de hæreticis.

Quibus suppositis dicendum est, quod textus in dicto cap. cum non ab homine, loquitur in delictis maximis, in quibus clericus deponitur si contumax fuerit, non vero curiætur a iudice ne censuras Ecclesiasticas contempserit; at vero textus in dicto cap. ad falsariorum loquitur in tertia delictorum specie, vt est crimen falsarij litterarum sedis Apostolicæ, merito curiæ sæculari redditur: notat Iulius Clarus lib. 5. sententiarum nº 81. Gregorius Lopez in l. 8. tit.º 9. part.º 2.

Sed magis obstat textus in cap. Si quis Sacerdotum 11 q.[e] 1. in cuius textus specie clericus, non crimen grauissimum, sed graue commisit, et nihilominus deponitur, et curiæ traditur. Sed huic dubio est verissime dicendum, quod verbum illud curiæ, non est intelligendum de curia sæculari, sed de traditione curiæ clericorum, vbi clericus deservire debet, et pœnitentiam agere; siquidem antiquitus clerici simul in communitate vivebant. Cap. quoniam de vita, et honestate clericorum. Quare clerici inobedientes Episcopis ab officio depositi curiæ Ecclesiasticæ deponebantur. dicto

Cap.

cap. si quis sacerdotum. Itaque etiam est interpretandus textus in cap. nullus Cap. statuimus. 11. q. 1. Cap. Clericus 2. q. 4. notat Alexander ab Alexandro lib. 2 dierum genialium, cap. 6. Duarenus de sacris Ecclesiae ministeriis lib. 1. cap. 12.

Textus in Cap. fin. de sortilegiis, pugnat cum Cap. Cleros 21 distinct.

Pro quarum utriusque conciliatione advertendum est, quod electio dignitatum Ecclesiasticarum per sortem fieri non debet, iuxta textum in Cap. fin. de sortilegiis. Ratio est, quia dignitas Ecclesiastica est res spiritualis, et via spirituali, et canonice Spiritus Sancti [illegible], iuxta textum in cap. [illegible] 41. de electione. Ratio quia facile contingere posset, ut [illegible] [illegible] omnino idonei, et opprimantur boni.

notat Divus Thomas 2a 2ae q. 95 art. 8.

Sed obstat textus in cap. Cleros 21. distinct. in principio, ubi Divus Mathias per sortem ad Apostolatum est electus, quia verissime est dicendum Mathaeum ibi fuisse electum sorte inspiratione Domini, et sic ad consequentiam non debet trahi, iuxta textum in dicto Cap. dixit 14 q. 5. melior textus in cap. non exemplo Mathiae 26 q. 2. — Huius solutioni obstat textus in l. cum in testo 14. ff. de iudiciis. l. si duabus. C. communia de legatis. l. si qui sunt. ff. familiae erciscundae. Quibus in locis probatur quod contra veritas sorte dirimi potest. Hac etiam difficultas exurgit, quod hodie in collegiis receptum est Rectorem sorte eligi. Sed hanc dubio veriissime est dicendum, quod electionum sors per se mala non est, sed est prohibita, ne fideles ad antiquos idolatriae cultus reddantur. Cap. sors 26. q. 1. et tamen in re litis uero permittitur [illegible] per illos sortes expectetur a fortuna, et causa dubia est, ut aliter non possit dissolvi possit. dicta l. cum [illegible] de iudiciis. Sed obstare videtur, quod ratio quae militat in dignitate Ecclesiastica, militat etiam in temporali, siquidem etiam in ipsa temporali dignitate deberet eligi magis dignum et sic violatur iustitia commutativa, distributiva, et legalis. Cui dubio dicendum est, quod quando officium temporale per sortem conferatur, prius designatur magis idonei; merito si postea iudicio sortis ex illis fuerit electus, nullum est peccatum iustitiae, et sic valebit electio seu in dignitate

Ecclesiastica, vbi taliter electio fieri non potest; nisi consensu maioris partis capituli. dicto cap. quia propter. de electione. et in quibus casibus sancte veniam misit, vide D. Thomam vbi supra. Peralta in leg. si quis servum §. ita duo. n.° 12. de legatis 1.° Tiraquellus de iure primogeniorum q.e 15. opinione 1. per totam.

Textus in Cap. Suam de poenis pugnat cum l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligationibus.

Qua iura vt componentur, animadvertendum est, quod si quis stipulatus est certam pecuniae quantitatem intra certum tempus solvere; et si non solverit loco poenae centum promisserit, si partem debiti solverit non liberatur a poena, sed tota committitur stipulatio, seu poena, iuxta textum in dicta l. 4. §. Cato. l. si stipendium. 5. §. si sortem. l. in exequutione 85. §. item eius dem tit.° l. si quis 85. 3. de rebus dubijs. Ratio est, quia poena reducitur ad actum conditionalem, et conditio est individua, quae pro parte dividi, et adimpleri non potest. l. qui heredi 44. 54. et 55. ff. de conditionibus et demonstrationibus.

Sed obstat textus in cap. suam de poenis. In quo textus, ex quo probatur quod si quis fuerit obligatus quadraginta libras auri sexta die solvere, et si non solverit loco poenae triginta stipulatus fuerit; si partem debiti intra tempus assignatum solverit, non tenetur integram poenam solvere, sed pro rata quantitatis non solutae. In quo dubio omissa Glossae interpretatione in dicto cap. suam de poenis verbo solutioni in principio omissa etiam interpretatione, quam refert Gutierrez de iuramento confirmatorio 3 parte cap. 4 n.° 6. Duarenus libro 2. de sacris Ecclesiae ministerijs. cap. 4. verius mihi dicendum est, quod textus in dicto cap. suam de poenis non loquitur in poena conventionali, vt loquitur textus in l. 4. §. Cato. cum similibus, sed tantum loquitur in poena a iudice arbitrio imposita, si quantitas intra certum tempus non fuerit soluta. Quo in casu etsi stricto iuris rigore integra poena deberetur ex dictis iuribus, attamen ex aequitate non in totum, sed pro parte non soluta committitur stipulatio. Itaque residuum reliquarum quadraginta poena committitur

cum

cum nisi repetere damni. Quae interpretatio agente industria extenditur illius textus, quod cum tibi essent in quadraginta libras per quoddam arbitrium condemnati &c. notat Padilla in l. si quis maior C. de transactionibus a n° 18.

Resolutioni obstat textus in Cap. Constitutus 7. hoc tit° de poenis. Cap. dilecti 4. de arbitris. In quibus iuribus probatur quod, sive ex commissione, sive ex compromisso poena sit promissa, semper debetur. Ergo etiam poena integra secundum leges Canonicas peti poterat in dicto Cap. suam. Sed huic dubio verissime est dicendum, quod textus in dicto Cap. Constitutus, et in dicto Cap. dilecti procedunt quando nihil ex debito solutum est; modo mirum non est, quod tota poena debeatur, secus quando nihil fere debetur, ut in dicto Cap. suam. De genis, cum ex quadraginta, triginta tres solutae sunt. notat Abbas in dicto Cap. dilecti a n° 6.

Textus in Cap. Postulasti. 2. de Clerico excommunicato. pugnat cum Cap. si celebrat. eiusdem tituli.

Pro quorum iurium conciliatione adnotandum est, quod Clericus maiori vel minori excommunicatione ligatus eligi non potest ad beneficium, et si electus fuerit, eius electio nulla est ipso iure, ut est textum in dicto Cap. Postulasti 2. de Clerico excommunicato. Ratio est, quia clericus maiori vel minori excommunicatione ligatus celebrare non potest, ut est textum in Cap. Clerici. Cap. illud. Cap. fraternitatis eiusdem tit. et cum beneficium propter officium detur. Cap. cum secundum Apostolum, de praebendis et dignitatibus, et excommunicatus sacerdotale officium exercere non potest, mirum non est, quod beneficiorum collatio sit nulla ipso iure cum per inde ad celebrationem sacramentorum prohibeatur, et regula iuris sit, cum quid prohibetur prohiberi omne id [illegible]. argumento textus in l. [illegible] de sponsalibus.

Sed obstat textus in dicto Cap. Si celebrat. in illa verbis, eius electio est irritanda. Ponderatio est: Ergo a principio valuit, nam irritari, quia privatio praesupponit habitum. Sed huic dubio verissime est dicendum quod verba illa debentur intelligi, id est nullam fuisse ipso iure electionem, notat Panormitanus ibi n° 7. Covarrubias in Cap. alma mater

1 parte § 8 n° 7.

Primus ad solutionem obstat verba textus in dicto Cap. si celebrat. ibi si tamen scienter electus fuerit, ex tunc electio cassanda. Quae ratio est contrario sensu: si electus ignoraverit Clericum esse excommunicatum valebit electio siquidem contrarius sensus est ... et disciplina. Sed hoc dubio non obstante est verissime dicendum quod tamen si ignoranter Clericus excommunicatus fuerit electus, eius electio nulla est ipso iure. Ratio est, quia ignorantia eligentis non potest electum inhabilem habilem reddere, nam obstant verba illa, si tamen scienter, quia supplendum est verbum maxime, quasi sensus sit quod si ignoranter electio facta est nulla, et magis nulla si scienter. Notat Glossa ibi verbo scienter, Abbas et Covarrubias ubi supra.

Textus in Cap. Nobis. 21. de sententia excommunicationis pugnat cum Cap. Romana § Caveant, eiusdem tituli

Pro quorum iurium conciliatione notandum est quod excommunicatio pro futuris culpis proferri non potest, veluti si delictum commiseris, si furtum feceris, vel alio quovis modo. Ratio est, nam ad hoc quod excommunicatio iusta dicatur, requiritur trina monitio Cap. Statuimus de sententia excommunicationis lib. 6. et cum excommunicatio pro futuris culpis proferatur absque monitione, erit nulla, notat Covarrubias plures referens in Cap. Alma mater 1 parte § 9 n° 4.

Sed obstat textus in Cap. a nobis de sententia excommunicationis eodem tit. lib. 6. ubi probatur quod excommunicationis sententia generaliter pro futuris culpis proferri potest. In quorum iurium difficultate communis interpretatio Doctorum asserentium discrimen esse constituendum inter excommunicationem ab homine prolatam, vel a iure constitutam ita quod textus in dicto Cap. a nobis procedat in excommunicatione iuris, et textus noster in dicto § Caveant in excommunicatione hominis. Discriminis ratio est, quia ad excommunicationem hominis requiritur citatio, in iuris vero excommunicatione non est necessaria citatio, quia satis statutum publice subditos monet ne faciant L. Adriani C. de haereticis. Cap. Si quis suadente Diabolo 17. q. 4. Sed haec interpretatio aperte

convincitur

convincitur error, quia textus in dicto Cap. a nobis non loquitur de excommuni catione a iure, sed de excommunicatione ab homine, ut constat ex verbis illius textus ibi: Siquis ita pronuntiaverit. Quare est verissime dicendum, quod excommunicatio pro futuris culpis ab homine proferri non potest iuxta textum subsistente causa potest, ut expresse indicant verba textus in dicto Cap. Romana; et ita adaptandus, et interpretandus est textus in dicto Cap. a nobis 2l. de sententia excommunicationis; si quidem iura iuribus concordari debent. Cap. Cum. de electione in 6. notat Covarrubias in dicto Cap. alma mater 1a parte. §. 9. nº 4. &c.

205